

33 A
133



1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.


+



1. Decas quaestionum, in qua natura parentum secundo nubentium, novercarum et tota fere bonorum maternorum privilegiorumq; liberis ex priori matrimonio competentium materia breviter adumbrat.
2. de jurib; liberorum R. G. A. Struv. R. M. Schrader.
3. de unione prolium. R. G. A. Struv. R. G. von Asfeld.
4. de odio secundarum nuptiarum. P. P. Müller R. A. Wege.
5. de privilegijs mulierum. R. J. V. Beckmann. R. J. D. Feyerabend.
6. De jure matris circa liberos sanguinolentos. R. J. F. Schröter R. J. F. Mustagk.
7. de jure viduarum. R. J. F. Schröter. R. J. J. Meyer.
8. de blanda mulierum rhetorica. R. G. Schülke. R. J. H. Stöckhard.
9. de singulari serenissimi Electoris Saxonici eminentia. R. C. Ziegler. R. O. H. Pflug.
10. de effectu rei judicatae. R. D. Clasenig. R. P. C. Hempel.
11. de confiscatione statutaria R. H. B. Roth. R. M. Bidentcap.
12. de eo q; justum est circa domum cujus propriam et suam. R. Id. R. R. Sieden.
13. de remedio revisorio adversus sententias Camerae Imperiales R. Id. R. J. H. Alberti.
14. De potestate dominii territorii. R. Id. R. et relativa subditorum obligatione. F. T. Klampning.

15. De jure stillitidii vulgo Trauffenst. Pr. J. V.
Beckmann. R. J. T. Reiffig.
16. De extrema provocatione ad cons. et innoc.
tribunal Iesu Christi in causis civilibus
et criminalibus. R. A. Cortreijg. R. J. G. Kroll.
17. De coercitione heresim. R. A. B. Carpzov.
R. V. G. Pachalbl à Gelb.
18. De vagantibus scholasticis. ~~non fastidit~~
Gulm. R. J. Thomafiq. R. J. U. Mayer
19. Jura circa religionis dissidium modernum.
R. H. Sinck. J. Blume.
20. De pecunia Austriaca non Operantibus Gledn.
R. G. Radoviq. R. J. Lembke.
21. De Barbo. R. J. Thomafiq. R. G. Barthig.
22. De crimine maleficii non casta Ingeribrotig.
R. J. V. Beckmann. R. G. E. Kober.
23. De eo si certum petatur. P. J. Norgert. R. A. F. Thoß.
24. De rebus creditis si certum petatur ex matris.
R. J. Schilter. R. J. F. Wolf.
25. De Judaeis. R. J. A. Struv. R. J. H. Nerlich.
26. De etvaria non Jansenius Lust. J. Schröder.
27. Selectae ^{notae} aliquot positionum ex jure civili tam
publico qm privato tam civili quam canonico
ut et feudali ac militari communi hacten
de montae decades tres. J. J. Widemannq
28. De fideicommissis universalibus. N. C. Lykker
R. C. H. Mühlport.
29. De Beneficio competentiae. J. A. Struve R. C. Heijer
30. De literis amatoris. P. Müller. R. J. Krotzner.

31. Nocturnitas Calea. R. P. Homfeld. R. Wenkebach.
32. de Quinquennialibus et fiftimo biennio. R. L. F. Schroeder. R. G. Buckhoff.
33. Autodicea in Selbstfulle. R. P. H. Stuv. R. S. Bester.
34. Explicatio Tit. ff. de administratione rerum ad Civitates pertinentiam R. Id. R. B. Berninger.
35. de potestate eminente Principis in judicio. R. N. C. Lynker. R. W. G. Rabe.
36. Tentamen in exceptionem de morte seipura regenerationis. R. J. Kerger. R. F. Jacobi.
37. de Pauliana. R. G. Stuv. R. J. H. Scheibler.
38. de purgatione morae. R. J. C. Falckner. R. B. Drey-
Lohent.
39. de debito bonorum subsidio et fflustoffil. R. P. Muller.
R. H. Sieden.
40. de Mohatra contracta. C. Ziegler. R. H. Gregorig.
41. de oppignoratione feudi. H. Hahn. R. H. C. Schwartzmeier.
42. de vestigalibus. H. Conring. R. J. Thomae.
43. de jure conducendi. Goltz frolig Tit. R. H. Linck.
R. J. J. Rader.
44. de molendinis in specie Bannarius. Zusang Müllig.
R. P. Muller. R. M. M. Muller.
45. de Fatalibus. N. C. Lynker. R. J. F. Herzog.
46. de jure vestiario. R. J. Stryk. R. J. H. Albrucht.
47. de justia et jure. R. D. G. Matthiae. R. F. U. Heisfeld.
48. de diffidationibus et fflustoffil. R. B. L. Schwenden-
dörffer. R. W. Homberg.



7.
K. N. D. N. J. C.
DISSERTATIO JURIDICA
DE

JURE VIDUARUM

Don

Wittwen Recht /

Quam

AUXILIANTE DIVINAGRATIA,

CONSENSU ET AUTORITATE

MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS, IN

ILLUSTRIBUS ATHENIS SALANIS,

SUB PRÆSIDIO

MAGNIFICI, NOBILISSIMI, CONSULTISSIMI atq; EXCELLENTISSIMI

DN. ERNESTI FRIDERICI

SCHÖZEN /

HEREDITARII IN Wicferstädt / JCTI ET ANTECESSO-

RIS HJUS SALANÆ FAMIGERATISSIMI, CONSILIARII SAXONI-

CI, CURIÆ PROVINCIALIS, FACULTATIS JURIDICÆ ET

SCABINATUS ASSESSORIS LONGE

GRAVISSIMI

DN. PATRONI, PRÆCEPTORIS atq; VE PROMO-

TORIS SUI NULLO NON

Honoris & observantiæ cultu sanctè devenerandi, colendi

publica censura & disquisitioni submittit

JOHAN. JOACHIM. Meier / HILDESIENSIS, AUCTOR

In Acroaterio Jctorum

ad diem

April. Anni MDCLXXII.

JENÆ, Typis JOHANNIS NISII.

ANNO 1785

DISSERTATIO JURIDICA

DE

JURE VIDUARUM

DE

HEREDITATE

IN REBUS SUXONICIS

CONSULTARII SUXONICIS

MAGISTRI JOHANNIS ORDINIS, IN

LEONHARDI SUXONICIS

SUB PRESENTIO

EXCELLENTISSIMI AUSTRIACI CONSULENTIUM

DR. ERNESTI FRIDERICI

HEREDITARIUM

HEREDITARIUM IN REBUS SUXONICIS ET ANTICISSO-

RIS REBUS SUXONICIS, CONSULARII SUXONICIS

ET CAETERI PRINCIPALIS, FACULTATIS JURIDICAE ET

SCIENTIARUM LIBERALIUM

UNIVERSITATIS

DR. PAVLI ANTONII

PROFESSORIS

JOHANNIS FRIDERICI

LEONHARDI SUXONICIS





D. O. M. N. J.

PRÆLOQUIUM.



Legans sanè consilium dari videtur in *l. 25. pr. ff. de Liber. leg. l. 1. de Susp. Tut. & l. 5. de LL. iis*, quibus animus est specimen aliquod publicum proponere, ut præ aliis se-
ligant, quæ quotidiana sunt, & in commu-
ni hominum vita frequentem habent uti-
litatem; ea verò quæ nihil conducunt, omninò conte-
mnant, neque eorum ullam rationem habeant *Nov. Leon. 46.* Quamvis nunc hæc benè mecum reputaverim, in vasto tamen ac spaciofo juris pelago disputaturo mihi idem ac-
cidit, quod iis evenire solet, qui ad opiparum omnisque generis delicatis cibus confectum convivium invitati du-
bitant, quasnam dapes præ reliquis electuri sint: idem, di-
co, id mihi contigit, siquidem in toto nostro jure tot mihi oblatae sunt materiae, ut sanè non dicam in bivio, sed potius in trivio, imò quadrivio constitutus diu fuerim, consul-
tans, quam materiam præ reliquis arriperem. Tandem de
VIDUARUM JURIBUS AC PRIVILEGIIS materia mi-
hi placuit, cum non solum Imperator noster Justinianus
ipsis adeò sit favorabilis, ut propterea nonnulli eum uxo-
rium vocare non erubescant *vid. Bernb. Sutholt. in Corol. 13. Diss. 19.* sed etiam quod curæ cordique Deo sint viduæ,
uti ex multis sacrorum sctorum locis patet *Exod. 22. v. 22. Deuter. 16. v. 14. cap. 24. v. 17. 19. cap. 26. v. 12. cap. 27. v. 19. Job. 24.*

v. 23. &c. it. ex Codice sacro Matth. 23. v. 14. 1. Tim. 5. v. 3. &c.
De hac igitur materia verba nunc facturus sum, non qui-
de impro ejus dignitate, sed pro virium mearum facultate.
Antequam autem id fiat, præprimis recordor illius in Nov.
6. pr. exstantis, nimirum benè tunc omnia geri & compe-
tenter; si rei principium fiat decens & amabile Deo:
Nam ex invocatione Numinis Divini, cujus nomen ubi-
que celebratur. l. 2. Cod. de Summ. Trinit. bonum initium,
& melius medium, finis denique exoptatissimus profluit
argum. Nov. 109. in præfat. Quæ cum ita sint, quod nimi-
rum

Nullus sit felix conatus, & utilis unquam,

Augmentum, si non detque juretque Deus,

Te, mi JESU, duce exercitium hocce Academicum,
omissa longiori verborum ambage, aggrediar, hoc ad-
huc præmissio signo ab imperatore nostro præmitti jussio
in libr. 2. Codic. de Offic. præf. præf. Afric. **In Nomine**
Domini nostri Jesu Christi.

THES. I.

Cum prior verborum, potior verò rerum sit inter-
pretatio Myns. pr. Inst. de Except. n. 2. ideò nos prius
nosse oportet, unde Vocabulum Viduæ derivatur.
Ictri eam derivant à Ve & duitate. Javolenus in l. 242. §. vi-
duam. 3. ff. de V. S. quasi sine duitate, sicut Vecors, Vesa-
nus, quasi sine corde & sanitate esset, cum particula Ve
duplicem significatum eundemque inter se diversum ca-
piat. Gell. lib. 5. c. 12. Contra Grammatici aliam tradide-
runt viduæ notationem, ducentes eam à particula Ve In-
tensiva, & ab antiquo verbo Iduare, quod olim Hetruscis
dividere significabat. Ambros. Calepinus ad hanc voc. Quæ
derivatio etiam Alciato placet, item Reinerio Neubusio Icto

in

in Synops. Etymolog. hęc voce, ut eam mulierem significet -
quæ à marito divisa est morte vel divortio. Priorem sen-
tentiam ceuprobabiliorem amplectitur *Gædd. ad l. 242. §.*
3. ff. de V. S. quem secutus Johannes Calvinus in Lexic. suo
Juridico ad hanc vocem, ubi etiam videri possunt usus
verbi Viduare, & Rationes quibus nititur. Alciatus verò
Labeonis sententiam falsam, incertam & dubiam esse pu-
tat, sed eum neminem movere posse ad idem statuendum,
tradunt *Gædd. d. l. 5. Calv. d. l.*

THESES. II.

Sumitur autem vocabulum VIDUÆ vel latè seu gene-
raliter, vel stricte s. specialiter. Latè s. generaliter acci-
pitur, cum non solùm ad foeminam, quæ aliquando nupta
fuit, sed & ad virginem *l. 242. §. 3. ff. d. V. S.* & ad eam, quæ
quidem nupta est, verùm mariti usu caret, ac si divortium
intercessisset, aut nunquam virum habuisset. *Gloss. in l. ult.*
in verb. orbat. Cod. ad Leg. Fab. de Plagiar. item ad eam,
quæ virum habet absentem, quo sensu Plautus in Stichus
accipit: Credo ego miseram fuisse Penelopem soror, quæ
tam diu viro suo caruit, & ap. Ovid. Dejanira

Ipsa domo vidua votis operosa pudicis

Torqueor, infesto ne vir ab hoste cadam.

Dicitur etiam ecclesia sponso viduata, quæ Episcopum
habet inutilem *c. 2. §. sed neque illud x. de Translat. Episcop.*
Stricte vel specialiter sumitur pro ea, cujus maritus mor-
tuus est, ut tradit *D. Hieronymus in cap. Vidua distinct. 34.*
cum matrimonium sit neque plurium, neque pauciorum,
quàm duorum *l. 1. de R. N. §. 2. inst. de P. P.* Aliàs vocatur
conjux superstes *Auth. Præterea Cod. unde Vir & ux.* Ita-
licè Vedova, senza marito, Gallicè Vefve, femme quia
perdu son mari. In nostra lingua vernacula Eine Wit-

frau/eine Witwe/eine überlebende Ehefrau. Illam
verò sequentem in modum describere placet.

THES. III.

Vidua est uxor, quæ morte mariti à vinculo conjugali est soluta.

THES. IV.

Uxor dicitur quasi unxor ab uniendo. Nam cùm puellæ nubent apud veteres, ac mariti domum intrarent, axungia postes ungebant *Rien. Neunbus. Syn. Etym. hâc voce.* Vel quia lanâ ovillâ adipe suillo vel lupino tinctâ postes ædium mariti ungebant. Unde & Juno, quæ præses nuptiarum habebatur, unxia dicitur *Conrad. Rittersb. in Comm. ad Inst. ad tit. de Nupt.* In qua uxoris appellatione etiam honor inest; cum sit nomen dignitatis, non voluptatis *Conr. Rittersb. d. l. §. si adversus ea, it. ad Jus Justinianum p. 4. cap. 1. num. 12.* & propterea quoque in nuptiis prohibitis nec vir, nec uxor intelligitur, cùm sint dignitatis vocabula. Unde quoque Ulpianus ait *in l. 49. §. parvi. ff. de legat. 3.* uxorem à concubina differre dignitate, & Papinianus *in l. 16. ff. de his quæ ut indignis*, scribit: Uxorem pleno honore diligi. Et Paulus *Lib. 2. Sent. t. 20.* concubina, inquit, ab uxore solo dilectu separatur, vel sola animi destinatione *ap. eund. in l. pen. ff. de Concup.* Ex qua differentia apparet, quòd cùm non dignetur concubina uxoris titulo, etiam morte concubinariii viduæ nomine dignam non venire, quia extra matrimonium nulla conjunctio licita, ac ideò meritò damnatur *in Ordin. Polit. de Anno 1548. tit. 26.* Dignitatis etiam nomina sunt: Domina, Matrona, Materfamiliâs *Conr. Rittersb. d. l.* Vidua autem materfamilias propriè dici non potest *Calv. in Lex. suo Jur. in voc. Uxor.*

THES.

Hic nunc non incongruè Q. An etiam sponsa cujus sponsus ante copulam ecclesiasticam decessit, nomine viduæ veniat, earumque juribus gaudeat? Et videtur dicendum quod sic, cum hoc jam tum sit perfectum conjugium in oculis Dei, atque inferat obligationem conjugalem, quia sponsa de præsentis uxoris nomine venit, quod probatur non solum ex digestis sacris *ut Deuter. 22. v. 24.* ubi sponsa appellatur uxor, quin & conjux *Matth. 1. v. 20.* ubi Angelus Domini Josepho dixit; *Noli timere Mariam, conjugem tuam & Gen. 19. v. 14.* ubi sponsus gener dicitur. Sed etiam ex Jure Canonico *arg. cap. conjuges 6. cap. conjux. 9. 27. q. 2. c. ex parte 9. x. de Sponsal. c. ex publico 7. x. de converso conjugio.* item jure Civili *l. si sponsa. 74. ff. de jure dotium. l. Labeo. 6. §. 1. ff. & l. 8. de grad.* ubi generi & nurus appellatione sponsus quoque & sponsa continentur, item Soceri & socrus appellatione sponsorum parentes veniunt *l. cum pater 4. de Leg. Pompej. de Parricid.* Sic ducta pro ducta uxore, & copulanda pro copulata habetur. *Gædd. tit. de V. S. ad l. 167. n. 4. p. 1002.* Nec enim concubitus, sed consensus matrimonium facit *l. cui fuerit. 15. ff. de Cond. & D. l. nuptia 18. ff. de R. N. l. sufficiat. 4. l. sponsalia. 11. ff. de Sponsal.* manet ergò quod in favorabilibus Sponsus & Sponsa habentur pro conjugibus *Gail. lib. 2. O. 80. num. 5.* Sed in foro Saxonico sponsus sponsave nomine mariti & uxoris tunc demum comprehenduntur (quod etiam consuetudine observatur) postquam thalamum conscenderint *Land R. lib. 1. art. 41. ibi: und tritt in sein Recht/wenn sie in sein Ehebett tritt / & lib. 3. art. 45. vers. Das Weib ist auch ihres Mannes Genosin/aller Ehre und Würdigkeit/die der Mann hat/zuhand als sie*

sie in sein Bette tritt / *ibid. gloss. lit. E. Schneidew. ad pr. Inst. de hered. qua ab inc. def. sub tit. de succ. int. vir. & ux. n. 21.* Siquidem mulier desponsata prius uxor non est, quàm in usu mariti fuerit *Berlich. p. 3. concl. 25. num. 4.* Nec etiam uxor & maritus propriè dicuntur, priusquam perfectum sit matrimonium, id quod fit deductione mulieris in domum mariti & consensione lecti genitalis *l. sancimus si quis 24. C. de Nupt. Freber. de infam. lib. 3. c. 17. num. 11.* & moribus nostris mulieres nanciscuntur hypothecam à die consummationis nuptiarum per copulã sacerdotalem *Carpz. p. 2. cap. 24. def. 1.* ac sponso s. sponsa ante nuptias decedente, superstes ex bonis defuncti sponsi vel defunctæ sponsæ nihil acquirit vigore statuti, de uxore loquentis, uti hoc licet nulla Imperatoria Decisione & sanctione pragmaticã Civili *Myns. Cent. 6. obs. 78.* tamen *Constit. Elect. Sax. 19. p. 3.* expressis verbis sancitum reperitur: Portionem videlicet statutariam conjugii superstiti debitam personis desponsatis ante consensionem thalami minimè deferri *Carpzov. p. 3. Const. 19. def. 1.*

THESES. VI.

Morte mariti à vinculo conjugali solvi uxorem diximus; mors enim omnia solvit, omniumque rerum est terminus atque meta, ad quam omnes properamus, & ultima linea; non ergò est mirum, quod matrimonio quoq; finem afferat *1. Cor. 7. v. ult. c. fin. c. 31. q. 1. Wesenb. ad ff. de divort. Contr. Rittersb. ad Jus Justinianum cap. 9. num. 1. Magnif. Dn. Struv. Ex. 30. tb. 4.* Intelligimus autem mortem naturalem, cum videlicet dissolvitur anima à corpore; Mortem verò spirituales propter amplexatum monachismum *Nov. 22. c. 5. Nov. 123. c. 4.* quæ sponsalia de præfenti, quæ verum matrimonium sunt, *Sutb. d. 2. aph. 9.* dissol-

dissolvi volunt Pontificii *cap. 2. 4. 5. 6. 9. 14. x. de convers. conjug.* hodie non agnoscimus. Neque mors civilis hic consideratur, cum hodie nemo ex poena servus fiat *Nov. 22. c. 8.* ac si quis propter ingratitude in servitute revo-
cetur, per hoc tamen tanquam malum superveniens, ne-
que usum thori conjugalis præripiens, matrimonium dis-
solvitur. Matrimonium quoque non dissolvitur
deportatione *Vultej. in Comm. inst. lib. 1. tit. 10. §. 14. n. 18.* licet mortui loco deportatus habeatur *Paulus 7 Ctus. in l. 4. §. si deportatus. ff. de bon. libert.* Sequimur enim hac
in parte jus Pontificium, quo matrimonium, quod ab ini-
tio rectè contractum perfectum & consumatum est, nun-
quam quoad vinculum conjugale dissolvitur: sed tantum
separatio permittitur thori, *Magnif. Dn. Pras. in Not. ad Suth. apb. 24.* Si videlicet unus ex conjugibus religionem
ingrediatur, si insidiæ paratæ dicantur vitæ alterutrius, si
alter conjugum in hæresin labatur, vel ad ritus gentilium
se conferat, si maritus nimium in uxorem favere per do-
mesticos probetur. *Sanchez. de matrim. lib. 10. disp. 18. n. 10.*
Separantur quidem tunc conjuges, & divortii sententia
fertur; at is etiam, qui sine culpa est vivente altero, non
potest ad alia vota transire. *Ant. Perez. in pral. suis in Cod. tit. de Repud. num. 7.*

TH. VII.

Hoc vinculum conjugale nominatur *in l. 1. ff. de R. N.*
conjunctio maris & foeminae, consortium omnis vitæ, *Dn. Ludw. disp. Inst. 2. th. 2. lit. E. Add. Borchold. ad tit. de Nupt. n. 11.* Et Imperator *in §. 1. Inst. de P. P.* appellat conjun-
ctionem individuum vitæ consuetudinem continentem.

TH. VIII.

Non autem sunt unius generis viduæ, sed dividun-
tur

B

tur

tur vel ratione status, vel conditionis, vel vitæ. Ratione status ea, quæ maritum habuit, vel genere, vel virtute nobilem, audit vidua nobilis, si minoris ordinis virgo nupta fuit, ignobilis; Uxor enim per matrimonium unitur viro, & socia vitæ, atque una caro cum marito jure divino efficitur *Gen. 1.* Imò vidua quamdiu non nubit, pristinum honorem marito suo conservat, ac ideò illius dignitatem retinet, forum quoque & domicilium sequitur. *Perez. in Prel. ad Cod. lib. 10. tit. 39. num. 11.* Imò matrimonio legitimè contracto uxor domina dicitur, & per consequens honore mariti erigitur, & genere nobilitatur *l. 13. Cod. de dignit.* & secundùm *l. pen. C. de nuptiis nobilitate*, & radiis fulget mariti *l. pen. verb. sentiat ejus fulgorem C. de Nupt.* illiusque honoris sequela & pars est. *Schönborner. 1. Pol. c. 6.* quod etiam de vidua intelligendum quamdiu non nubit ac in mariti domicilio versatur.

TH. IX.

Ratione conditionis illa, quæ omnium rerum abundantia instructa est, audit dives; contra verò quæ non vivit in bonorum affluentia, sed egestate premitur, pauper appellatur. Ratione vitæ dicitur vel honesta, si castè ac pudicè in viduitate se gerit; cui non refragatur, si secunda vice nubit, cum nuptiis sua quoque insit castitas ac honestas *l. mulier. 22. §. cum proponeretur. 4. ff. ad SCtum Trebell.* vel luxuriosa, si dissolutè vivit, veluti stuprum patiendo, de singulis suo loco.

TH. X.

Ut verò restanto melius capiatur, operæ pretium esse videbitur, si antequam ad ipsam tractationem deferamur, de privilegiorum Nomine non nihil præmittamus, quod nonnulli derivant à privare, dictumque putant privilegium

vilegium quasi privans legem *Matth. Colerus de Process. Execut. cap. 4. part. 1. n. 3. Magnif. Dn. Richter. part. decis. 4. num. 10.* Verum alii ab antiqua loquendi ratione, & forsitan rectius, deducunt à privo scil. & lege; Veteres enim *priva* dixerunt, quæ nos *singula* ait *Agell. N. A. lib. 10. c. 10.* Festus in voce *Privus*; privos antiqui dicebant pro singulis *Magnif. atque Nob. Dn. Job. Volk. Bechmann. Jctus & Antecessor in hac Salana celebratissimus, Consiliarius Saxonicus, Curie Provincialis, Scabinatus & Facultatis Juridicae Adseffor gravissimus, Patronus ac Præceptor meus omni observantia cultu devenerandus, in Tractat. suo eruditissimo de Privil. Mulier. tb. 2.*

TH. XI.

Privilegia hæc dantur vel Rebus, vel Personis, unde quædam personalia, nimirum quæ personæ competunt, quædam realia, quæ ipsis intuitu rerum suarum competunt, vocantur. Causa hujus efficiens est eadem, quæ legum, nimirum voluntas *S. 6. Inst. de Jur. N. G. & C. l. 1. §. fin. l. 3. ff. de constit. PP. vid. l. 1. ff. de censibus. l. un. C. de his qui à principe voc. acc.* Hæc autem concedere potest is, quem penes summa est potestas, ut in statu Monarchico Princeps, in Aristocratico Optimates, in Democratico populus, in nostra Republic. solus Imperator privilegia concedere valet, sine statuum consensu, modo ista privilegia, vel potius eorum concessio non pertineat ad jura Statibus communicata; aliàs enim ab iis confirmanda sunt *Carpz. Tr. de L. Reg. c. 13. sect. 8. n. 15.* Hodie quod de Imperatore dictum, de omnibus Imperii Principibus intelligi potest; nam & hi in suis territoriis jurisdictionem ordinariam habent, eaque posse dicuntur, quæ potest Imperator in universo imperio, cum in suis territoriis Imperatorem

rorem representent *Magn. Dn. Richter. Decis. 4. num. 16. & 17.* Hinc vulgò dici consuevit : **Ein ieder Fürst ist Kayser in seinem Lande.**

TH. XII.

Qu. autem hinc : Num privilegium personale semper sequatur personam, ac cum illa extingvatur ? videtur quidem dicendum, quod sic, propter *l. 191. de R. J.* sed rectius hoc negatur, quia si privilegium alicui personæ ob bene meritum est concessum, tunc ad heredes est transitorium, & ratio est, quoniam causa bene meritorum par est contractui ; Ut igitur Contractus ad heredes sunt transitorii, ita & hujusmodi privilegium. *vid. Tiraquell. in l. si unquam verbis : Donatione largitus. num. 14. Cod. de Revoc. donat.* Unde quoque Ripa *ad d. l. si unquam num. 10.* scribit : Quod aliàs erat revocabile, ob benè merita fit irrevocabile. Sic etiam (2.) Privilegium titulo oneroso acquisitum non extingvitur cum persona cui concessum, sed ad heredes ejus transit. *vid. Barbossa Axiom. Lib. 14. cap. 73. Axiom. 27. Magnif. atq; Nobilis. Dn. Praeses, Praceptor ac Patronus meus piè devenerandus in Colleg. priv. supr. tit. ff. ad R. J. ad l. 191.*

TH. XIII.

Inter personalia privilegia numeratur, quod vidua mortuo marito fiat sui juris ; quamdiu enim maritus vivit, est illa in ejus potestate, quam sacra Pandectæ statim in principio *Gen. 3. vers. 6.* marito adscribunt, ubi Deus ipse, omnis conjugii auctor, & conservator prædicit mulieri : sub viri potestate eris, & dominabitur tibi, quæ licet poenæ loco imponi videantur, Augustinus tamen *Lib. 2. de Gener.* ait, maritum habere dominium mulieris naturâ, non culpâ ; & *Divus Petrus 1. Epist. 3. v. 1. & 6.* dicit : Mulieres subditæ sint viris suis ; quod & usurpat Paulus *in Epist. ad Ephes.*

Ephes. 5. v. 22. & 23. Et hæc potestas etiam marito com-
 petit ex Naturæ jure ob sexus præstantiam, & ad imperan-
 dum aptitudinem; naturæ enim lex est: deterioribus sem-
 per imperare meliores, ut ipse naturæ interpret Aristote-
 les multis argumentis demonstrat *8. Eth. c. 10. & 11. & Lib.*
1. Pol. c. 5. & 8. Hanc potestatem maritalem etiam jus
 Civile marito tribuit; Interpretes enim quando de pote-
 state Dominorum & Parentum agunt, hanc addere solent,
 quam complectuntur sub *textibus* de reverentia muliebri
 conceptis *vid. l. 14. in fin. ff. sol. matr. l. 148. in fin. ff. de ope-*
ris libert. l. 1. §. 7. Cod. de Rei Uxor. action. Nov. 117. c. 14. Ma-
gnif. Dn. D. Struv. Sereniss. Saxonie Ducum lin. Vinar. Ca-
mere Director atque Consiliarius Aulicus splendidissimus, in
Synt. Jur. Civ. Exerc. 3. tb. 7. & 28. & Ex. 29. tb. 56. Nec
 jus Canonicum potestatem maritis denegat *c. quod Deo 4.*
c. manifestum 11. c. est ordo 12. c. satis 14. c. cum 15. c. mulierem
17. atque ob id foeminae dum maritantur, caput suum ve-
 lare solent, ut noverint semper maritis suis esse subditas.
c. foeminae 7. c. nec illud 8. c. 30. q. 5. quam tamen rationem
 ineptam esse, docet *Magn. Dn. Bechm. in suis obs. ad Gothofr.*
publicè dictatis Observ. 20. ad verb. Aut familiae herciscunda.
 Hanc potestatem etiam jus Saxonicum maritis tribuit
Land R. l. 1. art. 31. Lib. 3. art. 45. ibi: Der Mann ist seines
Weibes Vormund / zu hand als sie ihm getrauet ist.
Hier. Treutl. Select. Diss. vol. 2. D. 6. tb. 7. lit. i. Matthaus
Cölerus Decis. 12. num. 4. & Decis. 41. num. 8. it. Decis. 222.
Magnif. ac Nobiliss. Dn. Richterius in vol. Decis. 76. num. 38.
 atque hanc juris Saxonici consuetudinem per totam ferme
 Germaniam irrepsisse, testis est *Rauch. Lib. 2. qu. Jur. Civ.*
& Saxon. qu. 18. num. 24. Hæc tamen potestas maritalis
 semper cum justitia debet esse conjuncta, ne in violentiam

degeneret; Imò nostris moribus non tantùm jure provin-
ciali, sed & consuetudinario passim ubique locorum ma-
riti sunt uxorum suarum tutores legitimi *Dn. D. Brunnem.*
Com. in C. ad l. 2. C. qui dar. tut. vel cur. poss. Gail. l. 10. 133. n.
1. Ab hac autem potestate uxor liberatur defuncto marito.
Carpzov. p. 4. c. 21. d. 11.

TH. XIV.

Huic porro consequens est, quod sortiatur forum
mariti per text. in l. 65. ff. de judic. l. 19. ff. de jurisd. l. 32. l.
fin. §. 3. ff. ad Municip. *Dn. Hahn in observ. ad parat. Wesemb.*
tit. ff. de judic. num. 16. Frantzk. ad eund. tit. ff. 12. Magnif.
Dn. D. Richter p. 1. Decis. 9. n. 4. ubi præjudiciis hoc ipsum
confirmat. Quin etiam illud consequitur, quod alio-
quin marito ex speciali privilegio competit. *Dd. pr. l. 6. de*
Fabricensib. ubi Magnif. Dn. Brunnem. Idemque ad l. fin. Cod.
de Incol. Adeò verò mutat uxor domicilium originis, ut
non possit in sua terra originali conveniri *l. un. cod. de Mu-*
lier. in quo loco mun. sex. l. 38. §. 3. ad Municip. Magn. Dn.
Struv. Synt. Jur. Civ. Ex. 9. tb. 18. Et quodocunque ma-
ritum plura domicilia habere contigerit, eadem uxor
quoque & vidua retinet *l. fin. Cod. de Incol. l. 13. Cod. de di-*
gnit. l. 22. ff. ad Municip. nisi unum eligat, eoque cum fami-
lia secedat v. g. quando in loco, ubi dotalitium fortasse
constitutum est, habitatum se confert, tunc eo loco do-
micilium sortiri censetur. *Zang. Tr. de Except. p. 2. c. 1. n.*
98. & seq. Nunquam verò maritus uxoris suæ forum se-
quitur, licet in domum ipsius transeat, wann nemlich
der Mann zum Weibe einfreyet / oder zu ihr einziehet;
Vel enim hoc animo domum ipsius ingreditur, ut ibidem
perpetuò consistat, ac tum ex proprio consilio domicilium
habet, dum videlicet ex facto proprio animum suum de-
clarat

clarat *arg. l. 20. ff. ad Municip.* vel ut saltem ad tempus in illa commoretur, & vel originis, aut proprium domicilium retinet, *vid. Frantzck. ad tit. ff. de judic. num. 14. Hilfig. ad Donell. Enucl. lib. 17. c. 12. lit. i.* hoc tamen mariti forum tamdiu vidua retinet, quamdiu sc. ad alia vota non transit *d. l. 22. ff. ad Munic. l. fin. Cod. de Incol. l. 3. Cod. de priv. scholar.* Idem namque matrimonium durare intelligitur *Nov. 22. c. 20. §. 1.* quamdiu non iterat nuptias vidua, & id quidem per textum *in l. fin. ubi Dn. Brunnem. cod. de bon. matern.*

TH. XV.

Quæ hætenus prolata sunt, locum non habent in uxore putativa, seu cum qua quis illegitimè cohabitavit, & secundum leges ducta non est *l. 37. §. 2. ad Munic. Azo in summ. Cod. de incol. num. 9. Magnif. Dn. Struv. Synt. J. C. Ex. 9. th. 28.* Nec etiam id obtinet in ea, quæ desponsata tantum est: illa enim adhuc domicilium suum retinet *l. 32. ad Municip. Zang. p. 2. c. 1. num. 59. & seq.* intelligimus autem sponsam de futuro; Quin tamen sponsa de præsentis non minus, atque uxor in domum mariti jam traducta, domicilium ac forum sponsi sui de præsentis sequatur, satis patere videtur ex *l. 65. ff. de judic. & auctoritate Gailii 2. Obs. 80. num. 10. & seq.*

TH. XVI.

Ex hætenus deductis juribus insuper concludunt Dd. uxorem non solum de eadem patria censerem, de qua est maritus *Bart. ad l. 7. num. 11. Cod. de Incol. Tiraquell. in LL. Connub. p. 1. num. 29.* Verum & eandem numerari inter domesticos ipsius mariti *per l. 10. C. de Re milit. Beust. de Matrim. c. 66.* quamvis id ipsum notanter ibidem declaret, videlicet procedere in favorabilibus, non vero in odiosis.

TH. XVII.

TH. XVII.

Cùm itaque uxor non possit separatim habitare à marito, sed mariti habitationem obsequiosè sequi teneatur, ac perpetuo mariti consortio sit addicta : hinc ipsa per se non habet domicilium, sed eo ipso quo uxor per matrimonium exit è familia patris, & transit in familiam atque domum mariti, hujus domicilium sequitur. *Magn. Dn. Struv. Ex. 9. th. 28.* Num verò etiam tenetur sequi maritum peregrinantem, quaritur ? Et Resp. quod sic, nimir. si illa ad modicum tempus fiat *arg. c. 1. extr. de Conjug. leprofor. Tiraquell. in LL. Connub. p. 1. num. 39.* aut liberè domicilium aliorsum transferat, vel mutet. *c. 4. caus. 34. q. 2. c. 1. ubi Felin. extr. de Conjug. leprof.* Quod ipsum adeò verum esse Dd. statuunt, ut mulier etiam necesse habeat sequi maritum vagabundum, si modo tempore contracti matrimonii illa sciverit, eum talem esse *Schneidevv. ad tit. Inst. de nupt. p. 4. de Divort. num. 47. Magnif. Dn. Richter. decis. 9. num. 6. Et seqq. ubi præjudicia allegat.* Idem ex communiiori Dd. placito dicendum videtur de marito relegato, quo tamen casu potius admonere eandem debere, ut maritum sequatur, quàm præcisè eam cogi posse, volunt *per text. in l. 5. §. 1. ff. de bon. damnat. l. 24. v. sin autem Cod. de donat. inter vir. Et uxor. c. 2. extr. de Divort. Magnif. Dn. Richter. d. dec. 9. num. 8. Heig. p. 2. q. 14. num. 20.* Cæterum obiter hinc notandum, à pœna receptionis excusari uxorem maritum bannitum recipientem *arg. l. 2. ff. de receptat. Magnif. Dn. Struvius Syntagm. Jur. Civil. Exerc. 48. thes. 104.*

TH. XVIII.

Mulier quoque dignitatis maritalis fit particeps, ut & privilegiorum personalium *l. 6. Cod. de Prof. Et Med.*
 uxor

uxor enim non solum forum & domicilium mariti sequitur, sed etiam consequitur honorem & dignitatem ejus *l. foemin. 8. ff. de Senat. honoribusque ejus utitur l. fid. Cod. de Incol. ub. Dn. Brunnem. l. 43. Cod. de Dignitat. l. 3. Cod. de Murilegul. l. 8. ff. de Senator. l. 10. ubi Dd. communiter Cod. de Nupt. Gail. de P.P. lib. 1. cap. 6. num. 23. & seqq.* Nec interest nobilis, an ignobilis sit foemina, siquidem interpretes communiter statuunt, ignobilem puellam nobili viro nubentem, consequi nobilitatem, omniaque nobilium foeminarum privilegia *per cit. tex. Gothofr. ad d. l. 13. Cod. de dignit. Christianus v. 5. decis. 103. num. 7.* Coruscat etenim uxor dignitate mariti, *N. v. 105. cap. 2. sentitque ejus fulgorem l. pen. Cod. de Nupt. Sicbard. ad cit. l. 10. Cod. de Nupt. num. 2. Bartol. ad tit. Cod. de Dignit. num. 34. Carpz. J. F. p. 3. const. 37. def. 2.*

TH. XIX.

Quare & foeminam nobilem à Comite vel Barone in matrimonium ductam, gaudere titulo Comitissæ, & tit. *der Wohlgebornen* statuit *Besold. p. 2. conf. 88.* Verum quando virgo aliqua nobilis Principi nubit potenti, eo casu juxta moderna tempora ac introductam observantiam, vel etiam ob pactum speciale interponi solitum, ab illa dignitate, successione tituloque Principis abstinere debere tradit Henricus Salmuth. *in Resp. jur. de Matrim. Principis cum virgine nobili. Resolutione question. 2. in pr. vicissim mulierem nobilem, quæ plebejo sive privatae conditionis viro nupsit, fieri ignobilem, evincitur per d. l. 13. & l. 1. Cod. de Dignit. ubi Gothofr. in not. junct. argumento à contrario sensu l. 8. ff. de Senator. Ant. Perez. in Praelect. Cod. ad tit. de Dignitat. num. 48. Vult. de R. J. lib. 1. cap. 16. in not. num. 15.* Cùm namque vir sit mulieris caput

C

nec

nec alieno quam mariti splendore effulgeat uxor, illam quam prius habuit conditionem exui oportet, ne in societate individua odiosa sit dissimilitudo *Bartol. ad d. l. f. ff. de V. S. & ad l. 1. Cod. de Dignit.*

TH. XX.

Acquisitam hanc dignitatem aut nobilitatem (Nobilitas enim est dignitas *sec. Bartol. ad d. l. 1. Cod. de Dignit. num. 46.*) aliaque jura mulier retinet etiam vidua *Magnif. Dn. Brunnem. ad l. ult. Cod. de incol. & ubi quis & c. fingitur enim haec tenus durare matrimonium in ipsamet viduitate Dd. per l. fin. Cod. de bon. matern. Peretz. in Praelect. ad d. tit. Cod. de Dignit. num. 55.* diciturque illa esse in familia mariti proximè defuncti, repræsentatque imaginem ac jus defuncti mariti *Bald. ad l. dignior. 11. Cod. de Pignor. Act. n. 2. Vultej. Conf. Marpurg. 34. in 170. vol. 3. Goedd. in Comm. ad l. 195. §. fin. ff. de V. S. per text. in l. 10. Cod. de Re Milit. l. pen. §. pen. ff. quod fals. tut. auctor.*

TH. XXI.

Post mortem etiam maritorum viduæ gaudent & fruuntur juribus ejus collegii, cujus maritus fuit particeps, illique permittitur per ministrum expertum, quem appellare solent: *Meister-Gesell / Tafelschneider* / vel etiam per filios, artificium defuncti mariti exercere, licet ille minister magisterii honore non sit insignitus *P. Gregor. lib. 9. Synt. cap. 4. num. 18.* imò in illud quoque, in quod aliàs nullus nisi probatus & juratus admitti solet, uti judicatum fuisse in Senatu Parisiensi docet *Costal. in fin. l. 8. ff. de Senat.*

TH. XXII.

Quod tamen tandiu procedit, usque dum viduitatem pertasa ad secunda convolat vota, & alterius ac diversi
opi-

si opificii magistro nubat, ceu quotidiana experientia re-
statatur *arg. l. 8. ff. de Senat. l. 13. Cod. de dignit. Lib. 12. Schot.*
in Exam. jurid. tit. de ingrat. liber. l. 22. §. 1. ff. ad Municip. Ma-
gnif. Dn. Richter p. 1. Decis. 9. num. 3. Quia censetur in vidui-
tate durare præcedens matrimonium *Nov. 22. cap. 2. §. 1. &*
mulier in viduitate vivens in primo matrimonio adhuc vi-
vere l. ult. vers. sive in priore matrimenio permanere volue-
rit. C. de bon. matern. l. 22. §. 1. ff. ad Municip. si modò honestè
ac pudicè vixerit; quod si enim luxuriosam duxerit vitam,
quia sic injuriâ afficit maritum defunctum, hoc atque alia
ejus generis privilegia, amittit. *text. in l. 7. vers. ceteris C.*
de Revoc. donat. Per. tz. in Præl. d. l. Magnif. Dn. Brunnem.
ad d. l. fin. Cod. de Incol.

TH. XXIII.

Quapropter mulier plebeja, vidua mariti nobilis,
censetur nobilis, dum vidua manet, *per sepius cit. l. 10. ubi*
Besold. Cod. de Nupt. Carpz. Jurispr. Consist. Lib. 2. tit. 1. def.
21. num. 4. & viduas Professorum atque Doctorum nemo à
privilegiis *Auth. C. ne filius pro patre.* excludet, qui noverit
eas mariti juribus frui, quamdiu in eo statu permanent *l. f.*
C. de bon. qua lib. Sicut & vice versa foemina nobilis ori-
gine, nupta viro ignobili, ipso defuncto ignobilis manet,
nobilitatemque quam ex paterno sanguine meruerat, per-
dit *per l. 1. Cod. de Dignit. l. 8. ff. de Senator. & l. 22. ff. ad Mu-*
nicip. aliosve textus concordantes plures. Vultej. superius al-
legat. Conf. l. 34. num. 169. Conf. Anton. Faber in Cod. Lib. 9.
tit. 28. def. 17. Enim verò splendorem ac dignitatem de-
functi mariti perdit, quando cum inferioris conditionis
viro postea nuptias init *d. l. 8. ff. de Senat. & d. l. 13. Cod. de Di-*
gnit. Nov. 22. c. 36. Nisi à Principe impetraverit, ut nupta
etiam minoris dignitatis marito, priorem illam dignita-

tem retineat *l. fin. de Senat. Dn. Hahn in observ. ad Wesenb. tit. de Senat. ad verb. Uxoribus. Magn. Dn. Struv. Synt. Jur. Civ. Exerc. 4. th. 6. Quod etiam notavit Magnif. Dn. Bechm. in suis observ. pract. ad Gotthofr. publice traditis Observat. 10. tit. ff. de Senator. sic mulier magnæ dignitatis v. gr. Consularis Romæ nubens virum minoris dignitatis ex indulgentia Principis retinuit majorem l. 12. d. t. Et moribus quibusdam gentium non planè obscuratur nobilitas mulierum illustrium, nuptias contrahendo cum abjectæ conditionis viris. Quod & olim quidem constitutum, nunc passim productum ad illustres dominas, quæ Comitissæ sunt, aut Ducissæ, ut maritos nobilitent, & comitatus aut ducatus dignitatem in eos transferant, præsertim, si ea dignitas data sit illis in dotem, quod conjunctio maritalis quæ est divini humanique juris communicatio, id postulare videatur; licet Jus commune repugnet. *Ant. Peretz. Præl. tit. de Dign. num. 5.* Hinc in Anglia, Svecia, Dania, Regina nubens marito ignobili, eum quidem regem non facit, & juramentum fidelitatis Reginæ præstatur, non marito, attamen hic aliquo modo coruscat radiis suæ uxoris, utpote quem Reginæ lateris comitatus illustrat *l. 1. C. de Præp. lab. Nevizanus cons. 4. num. 2. Tiraquell. de Nobilit. cap. 18. num. 39. & seq.* At in Hispania, matrimonio contracto cum Regina, statim maritus consequitur Regiam dignitatem & administrationem, ut declarat Legem Regni *9. tit. 1. p. 2.* tradit Pichard. *de Nobil. comm. num. 51. & 61.* ubi exemplum communis usus adfert de Arragonum Rege Ferdinando, qui Reginam Elisabetham in uxorem ducens, Regis Hispaniæ titulum obtinuit. Si autem vidua nobilis ad altioris dignitatis virum se applicaverit, ejus conditionem sequitur, quo videlicet dignitas ejus augeatur. *Rittersb. ad Nov. p. 4. c. 4. n. 4.**

TH. XXIV.

TH. XXIV.

Porro Serenissimus Elector Augustus ann. 1569. etiam circa salaria viduis prospicere voluit, quod nimirum post obitum Professorum & membrorum incorporatorum viduæ atque liberi salaria per dimidium annum accipere debeant; **ibi daß nach tödlichen Abgang der Professorn und incorporirten Gliedmassen/der selben Weib und Kinder die Besoldung auf ein halb Jahr haben sollen.** Quod in Academia Wittebergenſi semper observari, docet Dn. Suevus in *Const. Imper. Frider. Peric. 7. & ult. th. 3.* nim. ut si quis in termino trimestris spatii Luciae, Reminiscere, Trinitatis aut Crucis, saltim post inchoatum illum obierit diem, viduæ & liberis non duorum tantum, sed & trium terminorum salarium debeat.

TH. XXV.

Concessum est quoque Pastorum & Ministrorum ecclesie viduis atque liberis pari humanitatis ac æquitatis ratione ad eorum sustentationem dimidium anni salarium, **das halbe Gnaden-Jahr /** ita ut post mortem mariti & per dimidium annum in ædibus ab ipsis antea inhabitatis commorari, & anni dimidii salarium accipere possint. *Ordinat. Eccles. Elector. Augusti de Anno 1580. tit. von immuniteten und Freyheiten der Kirchendiener fol. 208. §.* Und da ferner Gnade ic. Quod dimidium salarii non tantum de pecunia numeratâ, sed etiam de frumento, decimis, fructibus, adeoque de omnibus omninò redditibus intelligendum est; omnia enim hæc ad salarium pertinent, & signanter Sereniss. Augustus utitur vocabulis: **Der halbe Theil seiner Jahrs-Besoldung.**

TH. XXVI.

Hildesie in patria mea dulcissima Pastorum & Mi-

nistrorum ecclesiæ viduæ non dimidium anni, sed totius unius anni accipiunt salarium, qui statim à morte mariti currere incipit, manet etiam per istum annum in ædibus antea ab illis inhabitatis; Anno verò finito, nisi ad secunda transeant vota, intrant ædes, quæ in nostra lingua vernacula *Witwen-Häuser* / vocantur, in quibus tamdiu permanent, donec ad secunda transvolant vota; Si autem istæ ædes à quadam viduâ prius marito orbata adhuc inhabitarentur, tunc Provisores ecclesiæ ipsi aliam tenentur comparare domum, quam etiam inhabitant, donec statum mutant; imò etiam aliis illam locare possunt, si ipsæ inhabitare non vellent, ac insuper ab omnibus oneribus civium sunt liberæ; nisi subsidia vitæ quærant ex jure civitatis, videl. jure braxandi, nam si hoc faciunt, etiam civium oneribus sunt subjectæ; Secundum n. naturam est, eum sequi incommoda quem sequuntur commoda *l. 10. ff. de R. J.* Usuræ tamen ædium viduarum quotannis, cum ipsæ non inhabitent, à Provisoribus ecclesiæ illis solvuntur. Quod annum supra dictum salarium de omnibus redditibus intelligendum est nim. vom *Tauff-Gelde / Reich-Gelde und Copulier-Geldere.*

TH. XXVII.

Cum autem laudatissimus Elector Augustus in concessione dimidii, vel totius anni salarii *das halbe oder ganze Gnaden-Jahr* (quod posterius plerisque in locis receptum dicit Rauchbar. *p. 1. q. 20. num. 12.*) tantum viduarum & liberorum faciat mentionem, *in verbis allegatis th. 25.* rectè inde concluditur; illis tantum deberi dimidii vel totius anni salarium, iisque non extantibus, ad alios ascendentes vel collaterales ab intestato non pertinere. Ascendentes enim & collaterales appellatione liberorum non veniunt,

Veniunt, neque illis, sed his tantum ob solatium ac com-
miserationem indultum est id beneficium *Finckelthuf. de*
Fur. Patron. c. 6. num. 110. & seq. Heredibus vero testamen-
tariis multo minus applicari poterit salarium illud; tum
quod Serenissimus constituens nullam omnino eorum, sed
viduarum tantum atque liberorum habuerit rationem,
tum quod testator de re aliena, viduæ nimirum ac liberis
competente, adeoque inutiliter testatus fuerit *D. Carpz.*
Jurispr. Consistor. lib. 1. tit. 12. Resp. 218. Imprimis cum hoc
salarium non sit à mariti vel patris hereditate, sed ex pecu-
liari beneficio Principis proveniat.

TH. XXVIII.

Salarium tamen hoc inter viduam & liberos ad mo-
dum hereditatis dividendum est, ita ut vidua, qualem
partem in bonis mariti ex jure, Constitutionibus, statuto
vel consuetudine habet, eandem in salario quoque acci-
piat *D. Carpz. Resp. 41. n. 24. & Jurispr. Consist. lib. 1. defin. 212.*
num. 9. & seq. Hæc enim opinio ex interpretatione Ele-
ctorali provenit, propterea merito erit retinenda *Dn.*
Carpz. defin. 212. & seq. ubi plura rescripta Electoralia re-
censet. Quamvis videatur verius, ut distribuatur æqua-
liter in capita, ita ut vidua non plus accipiat, quam unus
ex liberis; nach den Hauptern/also daß eines so viel als
das andere bekomme / quæ verba sunt sententiæ Scabi-
norum Lipsiensium, relata à *Finckelth. d. l. n. 97.* quod et-
iam defendit *D. Carpz. in Resp. 41. num. 32. & seq.* & videtur
esse verissimum, tum ob conjunctivam voculam: Et, ibi
verstorbenen Pastoren Wittwen und Kindern *Ordinat.*
Eccles. Aug. de Anno 1580. von Immuniteten und Freyhei-
ten der Kirchendiener. Quæ in aliis quoque conjuncti-
onibus id operatur, ut conjuncti viriles portiones habere
cense-

censeantur *l. reos. 12. §. 1. ff. de duob. reis ibique Gotbofr. tum*,
quia plurium personarum, quibus aliquid colectivo no-
mine indultum est, æqualis ratio atque favor censetur, ad-
eoque non nisi æquales sive viriles portiones admittit: tum
denique quia ob alimenta viduæ ac liberis conceditur sa-
larium; illa autem singulas personas respiciunt, ideoque
unicuique sua portio ex æquo tribuenda erit.

TH. XXIX.

Ex eo quoque salario æs alienum à defuncto contra-
ctum, solvi haud debet; non enim ex hereditate ejus pro-
venit, sed ex speciali commiseratione & privilegio princi-
pis indultum est viduæ ac liberis ad sublevandam egesta-
tem. Debita autem ex bonis defuncti solvenda sunt, non
propriis heredum. Facit huc *Nov. 53. cap. 5.* ubi credito-
ribus militum nihil juris competere dicitur in iis, quæ he-
redibus ipsorum ex speciali sanctione deferuntur, *vide*
Rauchbar. q. 25. n. 21. & seq. Finkeltbus. de jure patronat. c. 6.
n. 108. Dn. Carpz. in jurispr. Consistor. lib. 1. tit. 12. defn. 223.
Unde nec arrestum conceditur in salario hoc, tum, quia
nulli debito obnoxium est, quod tamen in Arresto præsup-
ponitur, tum quia alimentis est destinatum, qualia bona
sequestrari aut Arrestari nequeunt. *Martin. Cöler de alim.*
Lib. 1. cap. 13. num. 20. Alia ratio est illius salarii, quod de-
functus ipse, dum in vivis esset, promeruerat, vel quod ut-
pote jam demeritum ipsi debebatur, de quo non immeri-
tò æs alienum defuncti solvendum est: Nam residuum il-
lud, perinde ac jam acquisitum, partem hereditatis con-
stituit, adeoque ad successores jure hereditario devolvi-
tur, qui proinde omnia jura activè & passivè considerata,
commoda & onera rectè agnoscunt. *Rauchbar. p. 1. q. 25. n.*
22. & seq. Dn. Carpzov. lib. 1. defn. 179.

TH.

TH. XXX.

Quæritur autem hîc, si Pastores vel Ministri Ecclesi-
arum munia sua per substitutum tractent, quod ob æta-
tem, vel valetudinem adversam ipsi facere non possent,
num post illorum mortem, vidua & liberi cum substituto
Emeriti concurrant: An & hic partem cum illis in Salario
semestri capiet? Negatur cum Finckelthuf. *dict. Tract. c.*
6. num. 114. Nulla enim substituti, sed viduæ tantum &
liberorum fit mentio in *Ordinat. Eccles.* Et quomodo id,
quod in favorem viduæ ac liberorum gratiosè & ex com-
miseratione indultum est circa salarium, ob casum fortui-
tum, vel causam fonticam, Marito vel patri obvenien-
tem, intervertatur aut diminuatur? Cæterum substituto
aliâ provisione, aut spe successionis in officio, & inde per-
cipiendorum reddituum succurri potest. Quas rationes ex
sententia Consistorii Ecclesiastici Lipsiensis de Anno 1632.
collectas refert Finckelth. *d. c. 6. num. 117. Add. D. Carpz. in*
Jurispr. Consistor. Lib. 1. def. 219.

TH. XXXI.

Eleganti insuper privilegiò viduæ munitæ sunt ab
Imperatore Constantino in *l. unic. Cod. Quand. Imper. in-*
ter pupill. vel viduas & alias miserab. &c. Dum ejus, quod
pupillis aliisque miserabilibus personis indulgit, viduas
quoque participes fecit; Possunt enim non modò suum
ordinarium judicem declinare; sed etiam illarum adver-
sarii, evocando causam per supplicationem à judice com-
petente ad Principis tribunal vocari possunt, præsertim si
ipsis res sit cum potentiore adversario, quem & metuunt,
& adversus quem facilè jus suum coram inferioribus judi-
cibus obtinere nequeunt, *Ant. Perez. in suis Præf. ad d. l.*
conf. Dn. Franzk. in Compt. ad ff. tit. de Judic. num. 6. Nec

D

benefi-

beneficium primæ instantiæ iis opponi potest *Gail. Lib. 1. Obs. r. num. 40.* Hoc etiam jus Pontificium personis miserabilibus (inter quas vidua rectè annumeratur, propter vitæ solitudinem *Jul. Pac. Anal. Cod. Lib. 3. tit. 14.*) concedit, ut ad iudicem ecclesiasticum confugiant, si à laico jus suum consequi nequeant *c. ex tenore n. extr. de foro compet.* aut si agant *cap. ex parte 15. extr. eod. tit.* Addit Rebuff. ad *Constit. Regias tract. de sentent. provis. art. 3. gloss. ult. n. 29.* posse huiusmodi miserabiles personas petere in integrum restitutionem, contra sententiam latam, in qua sunt læsæ. Item non valere rescriptum aut privilegium contra tales personas, nisi in eo facta sit expressa mentio miserabilium personarum *Castr. l. unic. C. d. t. num. 3.* Qu. autem: An etiam post litem contestatam viduæ possint causam ad Principem devolvere? & Resp. quod sic, quia *l. un. Cod. Quand. Imper. inter pupill.* non distinguit. Nec Obst. *l. 30. ff. de iudic.* Secundum quam ibi coeptum iudicium, ibi finiendum est: cum viduæ sint personæ privilegiatæ *Magn. Dn. Pras. in Resol. suis accuratissimis ad l. un. Cod. d. t.* Reperiuntur autem nonnulli, qui viduas ab hoc beneficio excludunt, si nimirum sint divites. *Specul. de Instrum. Edend. §. nunc v. aliqua vers. & scias. Alex. Lib. 1. Cons. 121. col. ult. vers. secundo respondeo. Sibar. ad Rubr. Cod. Quand. Imp. inter pupill. & c. num. 5.* Alii etiam viduis divitibus idem privilegium, quod pauperibus competit concedunt, ut Azo ad *d. t. num. 6.* cuius sententia veritati magis congruere videtur, quoniam Imperator non distinxit, divitesque sunt majori periculo expositæ, *Hillig. in Donell. l. 17. cap. 20. lit. B.*

TH. XXXII.

Alio porro privilegio gaudent Viduæ ex *d. l. un. C. d. t.*
nimi-

nimirum ut citata ad curiam Principis, cognitionem eam
declinare possint, nec terminos provinciarum suarum
egredi teneantur; Ne quidem ex rescripto Principis *Jul.
Pac. Anal. Cod. Lit. 3. tit. 14. n. 6.* quo pertinent illa inscripti-
onis verba NE EXHIBEANTUR. Ratio est, ne sumtibus &
itineris periculis vexentur. *A. Perez. in Pral. d. t.* Quod
generaliter accipiendum est, sive illa agat, sive conveni-
atur. *Pac. d. l.* Hoc privilegium etiam iis, qui culpa sua
in paupertatem inciderunt competere existimat Covarr.
Lib. 2. Var. cap. 16. num. 9. Traditum autem supra fuit *tb. 2.*
quod vocabulum viduæ accipiatur modo propriè, pro ea,
quæ virum amisit, *ff. ad Leg. Jul. de Adult. l. 6. §. 1. & Instit.
de publ. jud. §. item l. Julia de Adulteriis* modo latè pro ea
quæ virum non habet, etiamsi nunquam nupta fuerit *l. ma-
lum 242. §. viduam. ff. de V. S.* proinde dubitatur, utra signi-
ficatio sit hoc loco accipienda? Alii angustam & propri-
am significationem accipiunt, ut *Panorm. in cap. ex tenore
num. 9. de for. competent. Gail. lib. 1. observ. 1. num. 42.* Alii
latam, ut *Azo & Bartol. ad d. l. un. Cod. Quand. Imper. int.
& c. Gvid. Papa Decis. 566. num. 2.* Quam posteriorem in-
terpretationem, & quidem rectè probat *Jul. Pac. d. l.* quia
virgo non est excludenda à beneficio hujus tituli, nec mi-
nus est favorabilis, quàm ea quæ maritum habuit. Et pro-
pterea docet *Vinc. de Franc. Decis. 100.* quod virgini calibi
arbitrio judicis hoc privilegium tanquam miserabili per-
sonæ tribuatur. Item virgini parente destitutæ ob consi-
lii inopiam & imbecillitatem sexus, per *l. 242. ff. de V. S. Ma-
gnif. Dn. Brunnem. ad d. l. unic. it. maritata, cui vir est in-
utilis. Vinc. de Franc. Decis. 100. num. 18.* Non item vir-
gini stupratæ, agenti pro stupro in eam perpetrato *Riccus
collect. 1. in suis Decis. collect.*

TH. XXXIII.

Sed quæritur (1.) An dictæ personæ privilegiatæ possint uti suo privilegio contra personas alias æque privilegiatas? Afferit hoc Christinæus *vol. 2. decis. 166. num. 7.* nullo tamen fundamento, cum extet Regula eaque vulgaris, quod privilegiatus contra æque privilegiatum privilegio suo uti nequeat. Et quando duo privilegiati concurrunt, qui pares sunt in privilegio, mutuo concursu se impediunt, adeò ut tunc pro privilegiatis non habeantur *leg. 11. §. fin. ff. de Minor.* Proinde Actor privilegiatus rei æque privilegiati forum sequi tenetur *Covarr. cap. 6. num. 4. & seq.*

(2.) Qu. An possint hæ personæ renunciare huic juris privilegio? Resp. communiter quod non; quia hoc privilegium miserationis, & sic dantis causâ concessum esse videtur, habeaturque non pro privato favore, sed pro publico *arg. c. 1. 2. 12. extr. de for. comp.* Sed rectius *Magn. Dn. Pres. in Resol. suis ad l. un. Cod. Qu. Imper. int. pupill. & c.* cum *Ant. Perez. ad eand. leg.* docet, hoc privilegium renunciatione tolli posse *arg. l. pen. C. de pact.* cum non tam publicæ, quàm miserorum privatæ utilitatis causâ id sit indultum. *Dissent. Jul. Pac. in Anal. Cod. d. t. gloss. ult. ad d. l. Bald. ad d. l. & in cap. de causa num. 26. extr. de offic. jud. delegat. Natta consil. 590. num. 15. Gail. obs. 1. num. 40.* Et hæc de juribus personalibus sufficiant, progredior nunc ad realia.

TH. XXXIV.

In horum autem tractatione, primò agemus de Dote; hæc enim in primis debet restitui viduæ, cum ad illam dominium dotis marito defuncto plenariè spectet *Sutb. Ex. 6. tb. 47.* Etsi autem adhuc marito vivente domina dotis fuerit; tamen tantum naturaliter, non autem civiliter *l. 30. Cod. de jur. dot. l. 75. ff. b. t.* Quod dominium constante matri-

te matrimonio quievit sed soluto eo revixit. *Magnif. Dn. Struv. Exerc. 30. tb. 13. Magn. Dn. Brunnem. ad d. 1.* Et quamvis soluto matrimonio dominium dotis ipso jure ad viduam redeat *per l. in rebus 30. C. de jur. dot.* eo enim constante maritus revera est dominus, non fictus aut subtilitate juristalis *Sutb. d. 1. Magnif. Dn. Pras. in Not. ibid.* Possessio tamen absque traditione non redit. *Baldus in l. in suis 11. ff. de lib. Et postb.* adeò ut si vidua proprià authoritate rei dotalis possessionem ingrediatur, in pœnam *l. extat. 13. ff. quod met. caus. Et l. si quis in tantum 7. Cod. unde vi. incidat.*

TH. XXXV.

Restitui verò debet dos, si consistit in re mobili, intra annum, si in immobili statim à soluti matrimonii tempore *l. un. §. 3. v. exactio C. de R. U. A.* non solum in eadem quantitate, nisi deductis expensis necessariis fuit imminuta *per l. 1. §. impense 4. ff. de dot. preleg. Bachov. in Treutl. v. 2. D. 7. tb. 1. lit. B.* sed etiam in eadem qualitate, ut, si dotem in pecunia numerata intulerit, heredes vicissim pecuniam numeratam exsolvere sint obstricti, nec potest cogi vidua, ut ad instar creditoris bona debitoris emta sibi solutionis causâ habeat *l. incivile 4. Cod. de Bon. auct. jud. possid.*

TH. XXXVI.

Quamvis autem dotem non nisi soluto demum matrimonio repeti juris sit ordinarii; extraordinario tamen & speciali jure ab Imperatore Justiniano dispositum est, ut eadem, stante etiam matrimonio, repeti quandoque possit, vergente nimirum marito ad inopiam *l. 29. Cod. de jur. dot.* sive illa culpâ mariti contingat, sive non *Gail. 2. observ. 83. num. 2.* Sed sufficit, etiamsi casu ad inopiam fuerit reductus; lex enim culpæ mentionem non facit, ac à pari procedunt inopia mariti & dissolutio matrimonii. *Magnif.*

Dn. Brunnem. ad l. 29. Cod. de jur. dot. Ad probandam verò istam inopiam vulgi opinionem & semiplenam probationem sufficere existimat *Gail. 2. obs. 83. num. 12.* Quo quidem casu maritus, licet ad cautionem se offerat, audiendus non est, sive fidejussoriam sive pignoratitiam præstare velit, ut ex *Bartolo notat Sicbard. ad cit. l. 29. num. 21. circ. fin.* Cùm legali provisione beneficium istud mulieri sit concessum, ac proinde invitæ non auferendum; ac plus cautionis in re sit, quàm in persona *l. 25. ubi Jacob. Gotkofr. de R. J.*

TH. XXXVII.

Qu. hic (1.) si scienter mulier obærato nupserit marito, An tùm dotem constante matrimonio repetere possit? Tractat hanc quæstionem latè *Gail. 1. observ. 84.* qui allatis pro & contra argumentis tandem concludit, quod si uxor ante matrimonium plenè cognovisset, & exploratam habuisset viri conditionem, mulieri non competat hoc privilegium, cujus tamen scientiæ probationem viro injungit; si verò mulier de dilapidatione populari tantùm rumore suspecto, qui tamen facultatibus nondum erat lapsus, scienter nupserit, ipsi non negandum esse, sed consulendum beneficiò juris affirmat. *Magn. Dn. Brunnem.* distinguit ita: Aut nova suspicionis causa emergit, aut non. Et hoc casu non quidem ex hâc *l. 29.* agere potest, sed tamen potest cautionem petere de securitate dotis, *arg. c. per vestros 7. extr. de donat. inter virum & uxorem.*

TH. XXXIIX.

Qu. (2.) num dos sit necessaria? Resp. quòd non: nuptiæ enim sine dotibus esse possunt *l. fin. Cod. de donat. aut nupt. l. 3. ff. de jur. dot. B. Carpzov. J. F. p. 2. cap. 46. d. 20. n. 5. & p. 3. cap. 13. d. 25. num. 3.* quamvis dos sine matrimonio esse ne-

se nequeat §. 12. *Inst. de Nupt.* Caterum leges eam requirunt, ut subleventur onera matrimonialia *l. 20. C. de jur. dot.* cum difficile sit pauperem alere mulierem *Bruf. l. 2. cap. 22.* In moderata autem dote acquiescendum potius *Georg. Schönb. Pol. lib. 1. c. 66.* quam ut quantitatem ejus inspiciamus *Henric. Scheurl. Dis Pol. 2. tb. 8.* Et non requiritur æqualitas inter dotem & donationem propter nuptias, ut nimirum vir tantum conferat, quantum uxor; juvenis enim vel literas vel egregium aliquod artificium edoctus, quod in are non habet, eruditione ac artificio suo compensare potest, idque est quod plerisque, qui ex scientiæ amore de divitibus pauperes facti sunt, in ore ac voto solet esse: **Ein reiches Weib bringt alles wieder.** Adde *P. Greg. in Synt agm. cap. 5. num. 20.* cum nihil absurdus sit, quam in arduo hoc matrimonii negotio extra divitias nullo dignitatis, eruditionis, virtutis, aliarumque qualitatuum habito respectu, omnes unius æstimare assis *l. si societatem 6. ff. pro soc. §. de illa 2. Inst. de Societ. Henr. Neunhahn p. m. de jur. vid. memb. 2. f. 3. lit. a.* Unde Pitagoras interroganti, utrum potius filiam elocare debeat viro pauperi, sed probo, quam viro diviti, sed improbo, respondit: se malle virum egentem pecunia, quam pecuniam egentem viro. Themistocles cum ex procis filia virum probum diviti prætulisset, quibusdam hoc admirantibus, malo, inquit, virum absque pecunia, quam pecuniam absque viro *Plutarebus in Themisto. de apophthegm.* Non dissimile & hoc exemplum de Pericle est; nam Pericles duobus filiam ejus ambientibus, quorum alter dives & imperitus erat, alter verò pauper & studiosus, elocavit eam pauperi, inquiens: illum qui dives fieri possit, meliorem esse,

esse, quàm qui jam sit *Stobæus serm. 68.* innuens ejus virtutes, quas meritò divitiis prætulit.

TH. XXXIX.

Competebat olim uxori matrimonio soluto (hoc enim constante, quia oneribus matrimonii inservire debet. *l. 76. ff. de jur. dot.* repeti non potest *l. 2. ff. solut. matrim.*) duplex actio (1.) Actio ex stipulatu (2.) Actio rei uxoriæ. Sed hanc Justinianus abrogavit, & actionem ex stipulatu, licet vel nulla, vel utilis stipulatio intervenerit, concessit, eique non modo qualitatem, quod sit bonæ fidei, attribuit, adeoque, quod optimum Rei Uxoriæ actionis erat, in Actionem ex stipulatu transfudit, sed & dotibus tacitas hypothecas superaddidit in *l. unic. §. 1. Cod. de R. U. A.*

TH. XL.

Quam hypothecam tacitam ratione dotis in omnibus mariti bonis Imperator concessit *§. 1. d. l. unic. C. de R. U. A.* cum privilegio prælationis; Et incipit illa à die benedictionis sacerdotalis atque consummati matrimonii. Sicque respondisse Jctos Jenenses *Mense Julii Anno 1627.* Magn. Dn. Bechmann in *Comm. ad ff. tit. qui pot. in pign. obs. pract. 15.* tradit. Unde non tantum maritum, convenire, sed etiam contra extraneos rerum ipsius mariti possessores hypothecariâ actione experiri potest, & in concursu aliis mariti creditoribus præfertur, *l. 29. l. 30. Cod. de jur. dot. l. fin. §. 1. Cod. qui pot. in pign. Nov. 97. cap. 3. Nov. 109. c. 3. Mynsing. ad §. 29. Instit. de act. n. 12.* contra vulgarem regulam: quòd qui prior tempore, potior debeat esse jure, *l. 2. in fin. l. 7. C. qui pot. in pign. hab.* & hoc quidem propter commiserationem & favorem mulierum. Quis enim ait Imperator in *d. l. 12. §. 1. Codic. qui pot. in pign. hab. earum*

earum non miseratur propter obsequia, quæ maritis præstant, propter partus periculum, & ipsam liberorum procreationem, pro quibus multa nostris Legibus inventa sunt remedia. Adest etiam publicus favor, quia Reipublicæ interest, dotes mulieribus conservari salvas, cum dotatas esse foeminas ad sobolem procreandam replendamq; liberis civitatem maximè sit necessarium, ut inquit Jctus in *l. i. ff. solut. matrim.*

TH. XLII.

Quod jus prælationis non tantùm quoad bona in dotem data, (quid enim iniqui continet, quod ex mulieris occasione profectum est, hoc ad eam reverti *Anton. Perez. in Praelect. in Lib. 5. ad Tit. de jur. dot. num. 18.*) sed illis consumtis, quoad bona ipsius mariti, procedit, qui de bonis suis, non uxoris, satisfacere debet creditoribus; Et hoc non tantùm si creditores sint tempore posteriores, sed & habentes anteriorem hypothecam tacitam *l. 29. § 39. C. de jur. dot. l. 12. C. qui pot. in pign.*

TH. XLIII.

Hic celebris, spinosa tamen & propter diversas Jctorum Sententias satis nodosa emergit Qu. An videlicet, si cum muliere, dissoluto matrimonio dotem repetente, & alii creditores defuncti concurrant, ipsa præferatur omnibus, etiam expressam hypothecam anteriorem habentibus? Plurimi putant eam præferri non tantùm tacitam hypothecam, sed & expressam anteriorem habentibus, eò quod Imperator dicat in *d. l. 12. Cod. qui pot. in pign. hab. potius jus esse mulieris, licet alii creditores anterioris sint temporis privilegio vallati; Et hanc sententiam consuetudine receptam esse, asserit Ant. Gomez. ad l. 50. tauri num. 39. Donell. de pign. tit. qui pot. in pignor. nec ab eo receden-*

E

dum

dum admonent alii citati à Petro Barbofa in *l. 1. num. 4. ff. de sol. matr.* qui tamen contrariam sententiam probabiliorem esse contendit. Hoc etiam testatur Mynf. *ad §. 29. num. 51. & seq. Instit. de act. & cent. 4. obs. 13.* ubi dicit post multam disputationem in Camera Imperiali eam obtinuisse. Sententia tamen eorum qui negant creditoribus expressam anteriorem hypothecam habentibus mulierem præferri, hodie observatur, cum privilegia unius in alterius odium non extendantur *l. 4. Cod. de emancip. liber. c. ex tenore extr. de foro competent. Gail. 2. observ. 25. num. 10.* quodque privilegium dotis non debeat excludere provisionem hominis & expressam conventionem temporis prærogativâ firmatam; aliàs enim multi creditores contra b. f. iniquè deciperentur. *Magnif. Dn. Bechman. in Comm. ad ff. cit. l. obs. 14.* Atque sic responderunt Jcti Jenenses *Mens. Nov. 1655.* & Lipsienses *Mensis Jun. Anno 1626.* Hæc autem Sententia procedit non tantum de Jure Saxon. sed etiam in terris Imperii, sicut responderunt iidem Lipsienses. *Mens. Jul. An. 1632.* Hinc Antonius Faber *in Cod. l. 4. tit. 8. def. un. num. 2.* ait, conditionem anterioris creditoris hypothecarii per dotem non posse fieri deteriorem, & Justiniani Constitutiones non amplius esse in usu, quam resolutionem defendit *B. Carpzov. ad Const. 28. Defin. 65. num. 15. & seq.* In Jure Saxon. clara est Constitutio Electoris Saxonix Augusti 28. *in verb.* Nach diesen soll des Schuldners Eheweib/ mit ihrem eingebrachten Gut / so viel sie des erweisen kan/ allen andern Gläubiger / so nicht eine ältere ausdrückliche Verpfändung haben / vorgezogen werden. Quod privilegium etiam locum invenit, etiamsi dos in bona mariti non conversa sit. *Magnif. Dn. Richter Tract. de Priv. Cred. disp. 6. sect. 1. B. Carpz. Jurispr. for. Const. 71. n. 2.*
ubi

ubi hoc tali responso firmat. So werdet ihr solches eu-
res eingebrachten Ehe-Geldes / wenn auch gleich sol-
ches in eures Mannes Güter nicht verwendet wäre/
vor allen andern Gläubigern so fein älters ausdrück-
lich Unterpfind erlanget / billich befriediget V. R. W.

TH. XLIII.

Nec privilegium mulieri competit pro dote solùm,
sed & pro augmento dotis *l. etiamsi 8. C. de jur. dot. quod à*
die facti augmenti demum incipit per text. l. si constante 19.
vers. Jura enim hypothecarum Cod. de donat. ant. nupt. Idem
in dotalitio quod aliàs donarium, dotarium, victalitium,
ein Leibgedinge / Leibzucht / Leibgut / Wittthum vocatur
Magn. Dn. Richter d. l. Aliud autem dicendum quoad pa-
raphernalia, quæ ultra dotem uxor marito attulit *l. si ego 9.*
ff. de jur. dot. & arg. l. assiduis 12. §. fin. Cod. qui pot. in pign. B.
Carpzov. Jurispr. for. p. 1. Const. 28. Def. 96. & donationem
antenuptialem seu propter nuptias in **Gegenvermach-**
nisse oder Wiedergeld. Quamvis enim uxor quoad pa-
raphernalia etiam habeat hypothecam, ut & propter nu-
ptias donationem, tamen sine privilegio praelationis, *ut*
patet ex l. 12. §. 2. C. si res alien. pign. data sit l. 2. Cod. de bon. que
lib. & l. ult. Cod. de Pact. conv. Add. Berlich. p. 1. concl. 67. n.
4. B. Carpzov. p. 1. Const. 18. Def. 86. & Magn. Dn. Richter in tr.
de concurs. cred. Disp. 6. limit. 36.

TH. XLIV.

Deinde quoque non gaudent viduæ hoc privilegio,
quando de reali numeratione dotis tantùm ex confessione
mariti constat, qui mariti in fraudem aliorum saepe fateri
solent numerationem dotis; unde quoque saepe uxori vel
viduæ juramentum suppletorium inponitur: Nisi & cæ-
teri creditores in confessione debitoris mariti sola se fun-

dent *Add. B. Carpz. p. 1. Const. 28. def. 76. & 78. Magnif. Dn. Pres. in pralect. publ. ad Scotan. tit. qui pot. in pign.*

TH. XLV.

Si verò mulier donationem propter nuptias exigat, non ut eam lucretur, sed tanquam specialiter sibi pro dote obligatam, ut dotem salvam retineat, meritò gaudet prælationis privilegio; censetur enim agere potius pro dote, quàm pro donatione propter nuptias. *Schneidevv. cit. loc. num. 62. Berlich. conclus. 65. num. 72.* In bonis quoque feudalibus mulierem ratione dotis cæteris creditoribus expressam hypothecam habentibus postponi, tradit *Magnif. Dn. Richter d. l. Ubi ita Serenissimi Electoris Brandenburg. Consiliarios pronunciâsse dicit.* Sic etiam non competit prælationis privilegium mulieri, quæ communem exercuit cum marito negotiationem, & debita simul contraxit; videtur enim uxor simul contraxisse cum creditoribus, quare omninò mulieri privilegium hoc denegandum est, ne cum ea contrahentes inique decipiantur, & hoc passim in Germania receptum esse testatur *Gail. lib. 1. observ. 90. num. 5.* Sed si mulier hoc privilegio gaudere velit, necesse est, ut dos reverâ illata & naturaliter soluta sit. *De qua est tit. Cod. de dot. caut non numerat.* Quocirca etiam si maritus confessus fuerit, se dotem accepisse, tamen hoc creditoribus mariti non nocet. *Mynsing. centur. 1. observ. 16. & 13. Gail. lib. 2. observat. 81.*

TH. XLVI.

Porro ex hoc jure fuit privilegium retentionis, cujus vigore vidua propria auctoritate potest remanere in bonis defuncti, donec ei dos restituatur. *Schneidevv. de act. §. fuerunt num. 32.* Quin & vivo marito, quasi communem usum & possessionem bonorum omnium ejus habere.

bere videtur, æquissimum ergo est, ut jure retentionis ea
tamdiu possideat, donec dos illata restituatur. *Schneidevv.*
de act. §. 1. fuerunt num. 32. Myns. cent. 6. observ. 47. n. 5. Quod
privilegium illis etiam competit in feudalibus *Jur. Saxon.*
quo mulier tamdiu habet jus retentionis in bonis feudali-
bus defuncti mariti, quousque ipsi dotis nomine satisfa-
ctum fuerit *per Const. Elect. 25 p. 2. in fin. ibi* : Wie dann
auch die Frau so lange das Jus retentionis in den Lehn-
gütern / und ihre Unterhaltung haben soll / biß sie des
ihren vergnüget. *Schneidevv. p. 7. de feud. cap. 1. num. 21.*
Sed de Jure Civili hoc negatur, cum bona feudalia ne qui-
dem expressæ hypothecæ, secundum *Sonsbec. de Feud. p.*
12. num. 100. Wesemb. de feud. cap. 11. num. 5. per rationes quas
allegat Rittersb. lib. 2. cap. 3. num. 46. quantò minus tacitæ sint
obnoxia Myns. cent. 6. obs. 45. vid. Berlich. p. 2. concl. pract. 31.

TH. XLVII.

Et hoc jus retentionis vidua exercere potest, in tot
& tantis bonis, quæ ad concurrentem æstimationem dotis
& causam alimentorum sufficiunt. *Cöl. de Proc. Execut. p. 1.*
cap. 2. num. 224. durante interim jure tacitæ hypothecæ in
universis *Gail. lib. 2. obs. 92. num. 12. § 13.* Unde non nisi ad
indigentiam suæ necessitatis ex iis alimenta habet, eaque
si forte Curatorem accipere recuset, administratione, &
finito retentionis jure rationem administrationis reddere
tenetur *Carpz. d. l. def. 11. 12. 13. § 14.*

TH. XLVIII.

Jura viduæ quoque versantur circa dotalitium (Ger-
man. *Gegenvermachung / Leibzucht oder Leibgedinge /*
& propterea ita vocatur : Daß solche Vermachung mit
dem Bedinge aufgerichtet / Daß dieselbe die Frau auf
ihr Leib und Leben haben sol / und weiter nicht / denn sie

E 3

mag

mag dieselben zu eigen nicht behalten / Land R. lib. 1. art. 32.) quod constituitur tam in bonis feudalibus, quam allodialibus Dn. Habn. in observ. pract. ad Wesemb. de jur. dot. num. 11. verb. Quamquam etiam casu p. m. 178. potissimum verò in feudis constitui solet Land R. lib. 1. art. 21. Et quidem dupliciter; Vel enim redditus annuus viduæ solvitur Carpz. 4. Resp. 54. vel certum feudum traditur ipsi, & ususfructus illius conceditur. Magn. Dn. Struv. Synt. J. F. cap. 14. Aph. 4. Schulz Synops. Inst. tit. de donat. §. 3.

TH. XLIX.

Hoc dotalitium maritus constituit uxori in compensationem dotis, & duplicatam dotis quantitatem exæquare debet Magnif. Dn. Bechmann. in observ. pract. v. 1. p. 2. ad tit. qui pot. in pign. observ. 21. Quod tamen non debetur, nisi dos fuerit soluta, & in feudum versa, id quod probari debet. Wesemb. cons. 77. Carpzov. ad Const. Elect. 19. def. 8. p. 3. & hoc ampliatur, ut etiam si in vita mariti pactis dotalibus aliter convenerit, tamen non debeatur, si dos non fuerit realiter illata. Schulz ad Modest. Pistor. q. 122. n. 115. p. 3. imò etiam si vidua post mortem mariti heredibus feudali- bus dotem offerat, non auditur, quamvis in pactis dotalibus ita fuerit conventum. Carpzov. ad Constit. Elector. 44. def. 12. pag. 2.

TH. L.

Potest tamen etiam dote non illata dotalitium constitui Magnif. Dn. Richter p. 1. cap. 46. num. 12. fol. 296. & cum semel viduæ sit constitutum, ipsi debeatur, quamvis dos non fuerit numerata Magnif. Dn. Richter. p. 3. Imò dotalitio à marito ritè constituto, non quaritur de dote illata Magnif. Dn. Struv. Synt. Jur. Feud. cap. 14. aphor. 12. Quæ tamen dotalitia non sunt valida, nisi accesserit consensus agnato-

agnatorum *Magnif. Dn. Richter. Consil. 64. num. 1.* maximè, si
dotalitium ultra debitum & legitimum modum constitu-
atur. *Schulz in Synops. Instit. de donat. §. 3.* De cætero
moris est illatam in feudum dotem dotalitio compensare,
& sic à lege pendet, quocirca tantopere consensus vel dis-
sensus hominum non attenditur, quousque mens & ratio
legis observatur. *Excellentiss. Dn. Adrian. Beyer in alleg.
suis ad Schulz. d. t.*

TH. LI.

Probare autem debet vidua petens dotalitium do-
tem verè esse illatam *Magnif. D. Struv. in Synt. Jur. Feud.
cap. 14. aph. 5.* Nec revelat ab onere probandi dotem esse
illatam nuda mariti confessio, (heredes tamen mariti in-
de obligantur.) *Carpz. Constitut. Elect. 44. def. 9. 10.* Sed
etiam necesse est, conversam fuisse dotem in feudum, ut
successor feudi ad dotalitium teneatur : Ex probata ta-
men vera dotis numeratione, & hæc versio infertur ac
præsumitur, ut volunt interpretes Juris Saxonici, *Modest.
Pistor. 1. q. 24. num. 1. & seq.* imò si semel ex voluntate agnati
dotalitium est constitutum, de dotis illatione amplius
queri non potest *Magnif. Dn. Richter p. 3. Concl. 24. num. 16.*
Porro ratione dotalitii uxori competit jus tacitæ hypothe-
cæ & prælationis. *Sic respond. J. Cti Lipsiens. Mens. Octobr.
Anno 1630. Magn. Dn. Bechmann. obs. pract. ad tit. de pign. &
& hyp. observ. 22.* nimirum si dos fuerit constituta, si id
non factum, etiam uxori hoc privilegium non competit,
*ut resp. J. Cti Jen. Mens. Mart. A. 1630. Magnif. Dn. Bechmann.
cit. loc. observ. 24.* ac in arbitrio viduæ est, num dotalitium
apprehendere, num verò dotem repetere velit *Const. Elect.
42. p. 2.* atque sic respondisse Colleg. Jenense *Mens. Octobr.
Anno 1605. in verb.* Dennoch dieweil ihr ein dotalitium
consti-

constituiret, und die Agnati ihnen die Wahl vorbehalten / so ist die Witwe sich der Election anzumassen nicht befugt gewesen. docet idem *Magnif. D. Bechm. in observ. pract. ad Jus F. Exerc. 14. Obs. 7.*

TH. LII.

Hæc optio viduæ quoque competit, etiamsi marito vivente dotalitium constitutum sit *Carpz. p. 2. cap. 44. def. 5. & def. 8.* ubi monet, quod relicta dote & dotalitio portionem statutariam possit eligere. Electo tamen dotalitio dominium ejus non habet, *Magnif. Dn. Bechmann. observ. pract. ad ff. p. 2. tit. de donat. int. vir. & ux. obs. 6.* sed tantum usumfructum, *Magnif. Dn. Richter. Consil. l. 28. p. 3. n. 3.* qui morte viduæ, ut alius ususfructu finitur *Magn. D. Struv. S. J. F. c. 4. aph. 13. Magnif. Dn. Richt. Cons. 10. pag. 4. num. 28.* Nec amplius quid Vasallus præstare tenetur *Cöler. decis. 57. num. 61. & seq.* nec viduæ heredes ex dotalitio, vel de illata dote quicquam petere possunt, cum dotalitium redeat defunctâ muliere ad proximos heredes mariti feudales. *Cöler. decis. 57. n. 60. & seq. p. 2.*

TH LIII.

Viduarum jura insuper versantur circa morgengabam, quæ est vocabulum Germanicum *Magnif. Dn. Bechmann. Exerc. 8. thes. 6. num. 7.* vel ut in LL. Burgundionum sonat, morgenaba, corruptè in jure feudali morgenatica, *2. feud. 29.* vel morgenheba, *Magnif. Dn. D. Strauch. diss. 11. de success. ab intest. thes. 31.* & accipitur dupliciter: vel latè, pro certis quibusdam bonis, post mortem mariti viduæ debitis, nimirum pro pecudibus foemellis, *Land R. lib. 1. art. 34. post princip.* Alles Feldgängige Weibliche Vieh / Kühe / Kälber / Ziegen / Feldgängige Schweine / unbesüllete Mutterpferdte / die alle Tage zu Felde lauffen /
und

und man noch nicht angespannet hat / masculini verò
sexus pecudes huc non pertinent; *sic enim resp. Lips. mense
Jun. An. 1543. ibi: So wohl anderer Männlichen Thies
re hat sich die Witwe als Morgengabe nicht anzumas-
sen. nisi post mortem mariti ante tricesimum, vel divi-
sionem fuerint procreata. vid. Carpzov. p. 3. Const. 33. def.
20. & seq. Magn. Dn. Bechm Exerc. 8. tb. 6. Us. pract. Feud. An
autem vacca locata pertineant ad morgengabam, dispu-
tat Simon Pistor. Cons. 11. n. 2. & 4. & concludit quod sic.
Quemadmodum etiam equas, quas paterf. in casu necessi-
tatis semel atque iterum currui aut aratro junxit, cum aliàs
iis uti non soleat, cedere quoque mulieri loco donatio-
nis propter nuptias, Lipsienses respondisse commemorat
Moller. Lib. 2. Semest. capit. 43. num. 1. vers. Sed pro vidua.*

TH. LIV.

Vel strictè, pro donatione propter nuptias facta spon-
sæ manè propter officium noctu præstitum. *Borchold. de
Feud. c. 2. num. 21. in fin. Sicbard. ad Rubr. Cod. de donat. nupt.
num. 12. seu in primi complexus, seu noctis remuneratio-
nem, atque præmium pudicitiae, & virginitatis interfectæ,
nuptæ offertur ex Apulejo Lib. 6. Metamorph. tradit Cypræ-
us de sponsal. c. 13. §. 41. & donum gratiosum, Molin. cons. 52.
num. 34. tom. 1. virginitatis præmium seu primæ noctis præ-
mium Cujac. 2. Feud. c. 9. Weichb. art. 22. describit ita: Mor-
gengabe / ist eine solche Gabe / die ein ieglicher Mann
von Ritters Art seinem Weibe gibt des Morgens, wenn
er mit ihr zu Tische gehet, vel etiam postea, quando-
cunque ipsi placuerit. Georg. Schulz Synopsis. Inst. tit. de
Suc. vid. Nob.*

TH. LV.

Donant autem sponsæ catenam auream vel aliud cli-
F nodi-

nodium, aut certam pecuniæ summam. *Gloss. ordinat.*
Land R. lib. 1. art. 2. num. 7. quod donatum novæ nuptæ ac-
quiritur pleno jure, adeò ut ipsâ mortuâ, non ad maritum
ejusve heredes, sed proximam defunctæ cognatam perve-
niat. *Hartm. Pistor. p. 1. q. 44. num. 7. Bocer. de donat. c. 9. n. 7.*
Eamque vidua retinet, etiamsi ex consuetudine, vel testa-
mento mariti quotam hereditatis percipiat. Quam sen-
tentiam etiam comprobavit August. Elect. Saxon. *in Nov.*
suis p. 3. Const. 37. illud tamen: ibi: Illam enim, nempe do-
nationem, quam altero die nuptiarum sponsus nobilis
sponsæ ante prandium facere solet, vidua Nobilis retinere
non prohibetur. Unde etiam infertur, quod si maritus
propriam non habens catenam, aliunde aliquam commo-
datò accipiat, & novæ suæ conjugii in morgengabam det,
restitutâ commodanti catenâ possit mortuo marito vidua
nobilis æstimationem catenæ illius ab heredibus defuncti
petere. *Moller. in semestr. 32. ubi ita responderi testatur in*
sine. Id quod etiam refert ac sequitur Bocerus *c. 9. n. 9.*

TH. LVI.

Nihil autem interest Sponsus Morgengabam dans
juvenis sit, an viduus, modo sponsa, cui illa data, sit vir-
go, cum Morgengaba detur in præmium & remuneratio-
nem virginitatis sponsæ, *ut ex th. 54. satis apparet,* quod
neutiquam est iniquum, cum quia juvenes aut viri virgi-
nes ducentes, nihil majus in votis habeant, quam ut spon-
sæ illibatam & corruptam illis adferant virginitatem, tum
quia ipsæ puellæ majus aut pretiosius quid ipsâ virginitate
nil habent.

TH. LVII.

Ex quibus patet, quod non detur jam defloratis aut
viduis; De quibus posterioribus tamen, si viduo similiter
nubant,

nubant, contrarium nonnulli asserere conantur, ex hac ratione, quod morgengaba non in remunerationem tantum virginitatis, verum etiam in præmium & remunerationem conjugalis pudicitiae, quæ & in vidua locum invenit, detur. Quæ ratio sanè non est contemnenda ibi, ubi ejusmodi consuetudo serpit, ut videlicet viduis certa quædam donatio, speciem morgengabæ habens, (morgengaba enim revera non est) fiat, *Add. Myns. l. 1. dec. 5. Respons. 43. num. 24. & Philip. Zorer. in seinem Rechtlichen Bedencken p. 2. q. 7. num. 510. & seq.*

TH. LVIII.

Hic non incongruè quæritur: Num vidua adolescenti seu juveni nubens morgengabam dare teneatur? Quod à nonnullis affirmatur, ex natura correlatorum, quia cum virgini in præmium virginitatis à sponso morgengaba dari soleat, æquum est, ut à vidua sponso juveni præmium illibatæ & incorruptæ pudicitiae nimirum morgengaba detur, quæ ratio plausibilis admodum videtur. Alii tamen contrarium statuunt, & quidem ex hac ratione, quod si ob pudicitiam & virginitatem juveni seu adolescenti à vidua morgengaba esset danda, sequeretur etiam ab ipsa virgine juveni nubente, dandam ipsi juveni seu sponso morgengabam esse, cum tamen consuetudinis sit, ut munus morgengabicum soli sponsæ offeratur. Si verò quid datur à vidua sponso juveni scortatione non maculato, illud neutiquam est morgengaba, sed alia quædam donationis species.

TH. LIX.

Morgengabæ cognata est *Mustheil* lat. cibaria domestica seu comestibilia, horum omnium (in ædibus tempore mortis mariti repertorum) dimidia pars post tri-

F 2

cesimum

celimum viduæ debetur, etiam si non pro necessitate unius
anni, sed plurium sufficiant. *Georg. Schulz in Parat. Const.*
Div. August. Elect. Sax. lib. 3. Const. 36. hoc est: Die Helff-
te aller Hof-Speise / welche zur Zeit des Mannes begebenen
Todesfalls vorhanden gewesen / und nach dem
dreißigsten überblieben / als nemlich / von allen Fleische
gefalzen und ungefalzen / von gemästen Schweinen /
so zerhauen und zerleget / Speck-Seiten / Hechte / Kara-
pen groß und klein / was vor die Haushaltung im Ka-
sten / Reussen oder Haltern / nicht aber in Teichen ge-
standen. Item: Würste / Heringe / alles Getrâncke /
Wein und Bier / Kofend / alles Getreidig an Korn und
Weizen / es sey getroschen oder nicht / aufn Boden oder
in der Scheunen. Item: Erbsen / Hirsen / Graupen / Rü-
be. Saam so eingesamlet. Item: Butter / Schmalz /
Käse / Honig und allerley genießlicher Vorrath / so zu
essen und zu trincken dienet. *Magn. Dn. Bechm. Ex. 15. tb.*
37. obser. pract. jur. feud. in resp. quod exhibet ad tit. de suc-
cess. int. vir. & ux. num. 42.

TH. LX.

Hordeum verò, lupulus & frumentum Saracenicum
Gersten / Hopffen / Heideforn / non pertinent ad cibaria
domestica. *Const. Prov. 36. p. 3.* Hæc enim hereditati ce-
dunt. *Wesemb. d. l.* Quod tamen limitationem recipit in
hordeo macerato & resiccato, ad coquendam cerevisiam
comparato, quod polentum vocamus Malk. *Schulz*
d. l. id quod etiam in hisce provinciis semper usu servatum
fuisse, testatur *Magnif. Dn. Richter de success. ab intest. f. 4.*
m. 4. num. 59. p. 450.

TH. LXI.

Posse tamen Constitutione Electorali non obstante
consue-

consuetudinem introduci, ut tres hinc enumeratae species inter comestibilia reputentur, ac consequenter viduae nobili ex semisse debeantur, facti sunt Scabini Electorales in responso quodam viduae Berlepeschiae transmissio *Mens. April. 1609.* dummodo possit probari, dictam consuetudinem inter nobiles ejus loci receptam esse, *Excell. Dn. D. Beyer in Alleg. suis ad Syn. Schulz lib. 3. de succ. vid. nob.* Porro nec ad ea comestibilia pertinere frumentum mutuo datum, *testatur Simon Pistor. conf. 11. num. 5. vol. 1. conf.* Nec etiam fructus adhuc in herba exstantes *Wes. d. l.* Imò Jure Saxon. viduae nobili debetur zum Mustheil dimidium illius frumenti, quod repositum habuit, ut venderet maritus, venditum autem ipso vivo non fuit, uti testatur *Moller. lib. 3. semestr. cap. 24. num. 1.* & pro hac sententia, suo tempore bina vice responsum fuisse commemorat. Item cibariorum appellatione neque habitationem, neque calciarium neque vestiarium contineri, scribit *Ulp. l. diariis 21. ff. de aliment. & cib.*

TH. LXII.

Accipit autem vidua dimidiam partem omnium cibariorum domesticorum post tricesimum diem, sive sine in domibus defuncti, vel in quibusvis aliis locis, ubi in vita habitare consuevit, *Schneiderv. d. l.* etiam in locis extra territorium Saxonicum sitis, *per text. Land R. lib. 1. art. 22. S. Nach diesen vers. In ieglichen Hofe ihres Mannes/ oder wo er sie hätte in seinen Gewehren.* Hac tamen propria autoritate retinere, vel apprehendere non potest, intra tricesimum diem insciis heredibus, ne quidem eo elapso; sed post tricesimum demum diem inter eam & heredes sunt dividenda, imò ab heredibus mariti illa petere atque accipere tenetur. *vid. Const. Elect. 33. p. 3.*

F 3

TH. LXIII.

TH. LXIII.

Porro ratione successionis viduæ etiam sunt privilegiata. Succedunt autem tantum deficiente omni liberorum, parentum & propinquorum legitima vel naturali successione, & quidem ad gradum usque decimum. *Myns. per §. fin. Inst. de success. cogn. quod Wesemb. in addit. ad Schneidev. Inst. de her. qua ab int. def. rubr. de success. fr. ex uno latere tant. num. 39.* vult sine ulla limitatione in infinitum extendere, & quidem tam in allodialibus, quam feudalibus. Existimat tamen idem Wesemb. *d. l. in rubr. de succ. inter vir. & uxor. ad num. 13.* hunc casum favorabilem excipi, ut nimirum uxor tunc succedat, quando exstant cognati ultra decimum gradum. Notandum autem est, quod superstes conjux mortuo marito intra centum dies, ex quo se vocatam scivit, bonorum possessionem petere atque cognoscere jubeatur §. 4. *Inst. de bon. poss. l. 3. ff. und. cogn. l. 2. Cod. qui admitt. ad bon. poss.* Cæterum in conjugum successione ante omnia ponderanda sunt pacta dotalitia; his vero deficientibus singulares constitutiones & statuta, vel mores loci inspiciendi. Quod si verò neque pacta dotalia, neque consuetudo aut statuta loci aliquid de hac successione disponant, Asylum est Nov. Constitut. Justinianeæ. *Hieron. Treutler. vol. 2. d. 16. tb. 6. lit. b. Magnif. Dn. Struv. Ex. 38. tb. 39.*

TH. LXIV.

Voluit autem Justinianus viduis & hoc quoque casu succurrere, ut si matrimonium per affectionem solam sine dote sit contractum, & maritus præmoriens dives, superstes verò vidua labore inopiâ, tunc vidua, tribus vel paucioribus liberis, sive ex se, sive ex alio matrimonio natis, existentibus, ad quartam totius hereditatis partem admitta-

admittatur : Quatuor vero vel pluribus liberis viventi-
bus, sub quibus etiam nepotes intelliguntur *l. 220. ff. de
V. S.* ad partem virilem id est quantum quisque liberorum
accipit, ita tamen, ut ejusdem matrimonii liberis propri-
etatem suæ partis servet, illaque utatur saltem ususfructus
jure; si verò his non exstantibus, concurrat cum ascen-
dentibus, vel collateralibus, potietur etiam dominio.
*Nov. 117. Et ex hac desumpta Auth. Præterea C. unde vir Et
ux. Magnif. Dn. Struv. Ex. 38. tb. 38.* Hoc etiam procedit,
si dotem modicam habeat, ut alimenta ex dote habere
non possit; Quanquam de hoc multi dubitent, cum tan-
tum de indotata d. Auth *Præterea*; loquatur. Verum ex
mente Imperatoris hoc omninò affirmandum videtur.
Nam in d. Auth. *Et d. Nov. 53. cap. 6. §. 2.* non titulus dotis, sed
qualitas ejus & differentia consideratur. *B. Carpz. de jur.
fam. dec. 8. p. 4. num. 17.* Tenetur autem vir uxori provi-
dere, ne egeat post mortem; magna enim afficeretur in-
juria ac ignominia maritus locuples, si post mortem ejus
oporteret uxorem mendicare *B. Carpzov. d. dec. 8. p. 4. n. 11.*
cum tamen vir & uxor sint una caro *Genes. II, 19. Matth.
XIX, 5. Marc. X. 7. I. Corintb. VI, 16. Epbes. VI, 31. Baltb.
Clammer. in prompt. suo juris tit. 29. §. 5. ibi: Denn Mann
und Weib seyn ein Leib / wer wolte nun gerne daß sein
Leib solte Mangel leiden &c.* Placet autem nunc impo-
nere finem privilegiis, ne in volumen dissertatio crescat,
paucis saltem adhuc agamus de hoc, quibus nimirum mo-
dis hæc privilegia amittantur.

TH. LXV.

Amittit autem vidua hæc privilegia quando transit
ad secundas nuptias *Nov. 22. cap. 36. leg. 22. §. 1. ff. ad Municip.
Magnif. Dn. Richt. p. 1. Dec. 9. num. 3.* tunc enim posterioris
mariti

mariti jura atque conditionem sortiuntur *dd. text. l. 13. Cod. de Dignit.* permissum quidem est viduis, ut iterent nuptias (cui non refragatur *l. 3. C. de sec. nupt.* ubi mater vocatur secundis nuptiis funestata &c. hoc enim olet catholicismum, quo prohibentur secundæ nuptiæ, *Magnif. Dn. Bechmann. in observ. pract. publ. dict. ad Man. Gotbofr. tit. de his qui not. infam. obser. 20. num. 4.*) sed tunc dignitatem & privilegia prioris matrimonii amittunt, quia cessat illa juris fictio, qua matrimonium in viduitate durare censebatur. *Perez. in Pral. ad tit. d.* & licet mulier promittat marito, quod post obitum ejus nulli alii velit nubere, attamen illi licet inire secundas nuptias. *Sic resp. Consist. Dresd. Mens. Maj. 1633. teste Magn. Dn. Bechm. obs. pract. tom. 2. obs. 88. Magn. Dn. Struv. Synt. Jur. Civ. Exercit. 29. tb. 54.* Transiens verò vidua ad secundas nuptias prius hereditatem mariti cum liberis ex priori matrimonio natis dividere, ac inventarium conficere tenetur. *Magn. Dn. Richter part. 4. conf. 14. n. 54. vol. 1. add. 15. § 22. prec. & nuptiæ hæ secundæ permitti non debent, priusquam de morte prioris conjugis constet, Magnif. Dn. D. Bechmann tomò 2. observ. pract. ad tit. de ritu nupt. observat. 86.* eaque duobus testibus, vel ex libris parochialibus, aut magistratus loci, ubi obiit, attestatione probetur, *Carpzov. prax. crim. q. 2. d. 166. § d. 168.* Ejus tamen mors, qui in mari, acie, vel morbo aliquò contagioso obiit, unò etiam teste, *Nov. 117. cap. 11. cap. 19. de spons.* probari potest. *Idem d. l. defin. 167.* Interdum etiam viduus viduave in defectu aliarum probationum admittitur, si mortem conjugis velit juramento probare, juxta *Magnif. Dn. D. Struv. d. l. Magnif. Dn. D. Bechmann. d. l.* Cum autem mors conjugis probari non potest, tunc edictaliter debet citari, & processus desertionis institui. *Idem ibidem.* TH.

Has autem nuptias secundas intra luctus annum inire non potest, *l. 11. tit. de his, qui notantur infamia. olim per decem menses, pro quibus postea annus integer introductus est, l. 2. de secundis nuptiis. Magnif. Dn. Praes. in notis ad Schot. publ. adject. d. t. verb. modò tempore legitimò.* Quod de vidua tantum intelligendum, nam juxta jus Romanum viri non compelluntur lugere uxores, *l. 9. de his, qui not. infam.* Sed hodiè certum tempus quoque determinatum est viris, v. c. intra semestre non conceduntur ipsis nuptiae, uti decrevit Consistorium Dresdense *mensis Aprilis annò 1612. Magnif. Dn. D. Bechmann. observ. practic. ad manuale Gotbofr. observat. 8. d. t.* sed vidua faciens hoc fit infamis, *l. 1. C. de secundis nuptiis.* Quae infamia tamen censetur remissa jure Saxonico, *secundum Apostolum I. Corinth. VII, 39.* Quod etiam Pontifex *cap. penult. & ult. extravag. de secundis nuptiis* adserit, ex sublesta ratione, ibi: cum in his praesertim seculares leges, (id est, Romanas,) non dedignentur sacros canones imitari, & c. ubi simul addit, quod mulier virò suo mortuò soluta sit à lege viri sui, & c. Quae ratio prorsus claudicat; licet enim soluta sit lege viri, non tamen omnibus legibus honestatis & pudoris soluta est. *Magnif. Dn. D. Bechmann. observat. ad man. Gotbofr. tit. de his, qui notantur infamia, observat. 20. num. 4.* Quod si mulier praegrans sit, alteri nubere nequit, sicut ex facto consultus respondit Albericus Gentilis, cujus candorem laudat Wissenbach. *in comm. Cod. de secundis nupt.* imò nec tunc dispensatio locum habet, ut nuptias celebret cum alio, cum hoc semper turpe, & in Ecclesia Christiana intolerabile fuerit visum, *Magnif. Dn. Praes. in notis ad Schot. publ. d. tit. de secundis nupt. v. poena. Spon-*

alia verò durante luctu si contrahuntur, non rescinduntur, sed subsistunt, & consummatio matrimonii differtur, donec tempus luctus fuerit elapsum. *Magnif. Dn. Bechm. obs. pract. tom. 2. ad tit. de rit. nupt. observ. 84.* Notanter tamen *Magnif. Brunnem.* contra B. Carpzov. scribit, etiam periculosum esse, illa concedere, quia incertum est, ad quam lineam amoris suspensis nuptiis intereà sint venturi. *Add. Magnif. Dn. Praeses d. l. ad Schotan.*

TH. LXVII.

Et hoc videlicet, quòd mulier intra annum luctûs non debeat nubere, etiam adhuc hodiè observatur, sic respondit Collegium Dresdense mense Augusto annò 1661. *ibi:* *Die weil aber kaum ein halb Jahr von ihres vorigen Mannes Valentin seligen Absterben verflossen / und eine Witbe binnen währendem ganzen Trauer-Jahr zur andern Ehe zu schreiten nicht befugt.* *Magn. Dn. D. Bechmann. observ. ad Gotthofred. tit. de his, qui not. infam. observat. 7.* Et quamvis cesset dubitatio, ex quo proles concepta sit, si nimirum tertio quartove mense post mortem mariti pariat: verius tamen est, per integrum anni spatium, quod luctui peragendo præstitutum est, mulierem à secundis nuptiis abstinere debere, *Antonius Perez. d. l. num. 13.* Quod etiam procedit, quantumvis matrimonium divortio legitimè solvatur, & certum sit, mulierem ex priore marito non esse prægnantem, attamen ea non debet statim transvolare ad secunda vota, sed per aliquod tempus illa differre, *Magnif. Dn. D. Bechmann. Exot. J. C. observ. 85. tomò 2. de R. N.* Possunt tamen tempore luctûs nuptiæ permitti, si nimirum maritus diu morbo fuerit conflictatus, adeò ut maritus debitum conjugale intra dimidium anni præstare non potuerit, nec carnaliter
eam

eam cognoverit, quod vidua juramentò obtinere debet,
uti respondit Consistorium Dresd. m. Augustò annò 1620. ibi:
Wosern sie nun ihrem Erbieten nach eidlich erhalten
würde/ daß sie nunmehr wohl in einem halben Jahre
von ihrem verstorbenen Ehemann fleischlich nicht be-
rühret noch geschwängert worden. &c.

TH. LXVIII.

Non incongruè hîc insuper quaritur : Num sit me-
lius uxorem ducere virginem, quàm viduam? *Hesiod. lib. 2.*
ἔργων καὶ ἡμερ. præcipit, virginem esse ducendam, ut gratis
moribus imbui possit. Ejusdem Sententiæ est Aristoteles
lib. 1. Oeconom. Duplex enim labor est ei, qui viduam du-
cit, prior ut dedoceat alterius viri mores, alter ut suis ad-
suefaciat, *Henr. Kornmann. de Virg. c. 26.* Quam rationem
quidem, quanquam dissimili artificio, tamen manifestè
docuit Timotheus Musicus, qui duplicem mercedem ex-
igebat à discipulis, qui alium habuissent Præceptorem.
Accedit, quòd vidua niti soleat sceptrum domesticum ad
se trahere, ensẽque suã arripere manu, cùm hoc genus
admodum naturã suã libidine regnandi ardeat, jure tamen
nostrò illis ademptum; per salutarem illam legem *fœmina.*
2. ff. de reg. juris. & vidua, si non omnia ex voto succedant,
murmurare incipit, statim allegans & recensens mores at-
que acta prioris mariti, imò objicit ipsi extrema, quæ iste
miser comedere & concoquere tenetur, miseram exhibens
faciem, ac si quotidie miserere oraret. Et Accursius notat,
ad legem, rem non novam 14. Cod. de judic. Bulgarum hîc
derisum fuisse à suis auditoribus, quòd, cùm viduam du-
xisset, manè post nuptias illam legem : *rem non novam* & c.
coepisset interpretari. Item Verrius Flaccus, ut refert
Varro, juris pontificii peritissimus, eos, qui viduas duce-

rent, veteres fossas tergentibus comparare perquam face-
tè solitus fuit; hæc enim ejus sententia fuisse fertur, quia
feriis tergere veteres fossas liceret, novas facere jus non
esset, *Macrob. lib. 1. Saturn. c. 15. Alex. ab Alex. Genial. dier.
lib. 2. cap. 5.* ideò magis viduis, quàm virginibus idoneas
esse ferias ad nubendum, *Georg. Schönb. Polit. lib. 1. cap. 6.*
Sed adsunt quoque rationes pro viduâ, quæ, si non ratio-
nes allatas superant, certè tamen iis æquiparari possunt,
Zeillerus in dialogo 99. pag. m. 733.

*Nil certè prodest virgo, si ducta
sit uxor,
Unâ cum nocte desinat esse,
quod est.*

*Elige matronam potiùs tibi jun-
gere nuptam,
Quæ posthàc etiam, quod fuit
antè, manet.*

Apud viduam insuper statim inveniuntur omnia
benè parata & instructa, quod Germani exprimunt: *Da
findet man den Löffel auf dem Brete / den Topf auf
dem Heerde.* Præst illa œconomia optimè instructa,
quam is, qui virginem ducit, priùs comparare tenetur, &
cum virgines sapissimè rem familiarem tractandam susci-
pian, antequam didicerint, damnò afficiunt rem famili-
arem,

arem, *Georg. Schönb. Polit. lib. 1. cap. 6.* E contrario, quia vidua diu familiæ præfuit, ejus augendi amplificandique scientiâ optime callet, & sui hoc officii esse non ignorat, dicitque propterea quod factum est opus, volo accurate mi vir *Plaut. Cas. Sc. 3. A. 3.* virginibus verò nihil magis curæ fuit, quàm quibus coloribus vestiũ se ornarent, quomodo se gerant eundo, stando, sedendo. Imò vidua matrimonii jugum est experta, scitque quod maritus sit ejus caput *c. 5. cap. 32. q. 6.* quod sibi conveniat, ut sequatur maritum in omni fortuna *Exod. XVII, 2. & 3.* experiaturque simul mariti calamitates *I. Sam. XIX, 11.* quod ad mariti mores se componere & accommodare *I. Corinth. VII, 4. Prov. XXXI, 11. 12.* si neque consilio ejus nihil agere debeat *Num. XXX, 7. & 8.* & propterea modestè viro libentissimè obviam it, dicendo: Domine adsum:

Impera quid vis, neque tibi ero in mora, neque latebrosè abs tuo conspectu me occultabo. *Plaut. in Trinum. A. 2. Scen. 2.*

Et cum hoc virgines ignorent, maritus verò ab ea ista exigat, fit sæpe ut ejusmodi matrimonia plena sint litium & discordiarum, illa potius sceptrum domesticum arripere audet, existimans patris familiam per matrimonium excedendo se jam esse liberam. Ast vidua non ignorat, si sit refractaria, quod marito coërcendi facultas sit permissa; is enim sese habet ad instar imperantis, ut docet Aristoteles *lib. 1. Pol. cap. 8. pr.* Nec semper maritus omnia sua verba sesamo, papavere, & violis vestire, sed obloquentem uxorem increpare, imò increpidare ei fas est. *Mich. Havem. lib. 3. tit. 8. & lib. 4. tit. 4. obs. 6.* Clarius insuper patet per viduam, an quis finem primarium conjugii possit consequi, in primis si liberos ex priori matrimonio habet, nimi-

G 3

rum

rum quod non sit sterilis. Viduæ quoque officium lactationis libentius in se suscipiunt, quàm virgines; illæ enim existimant sibi esse dedecori, si ipsi hoc munus subeant. Sed non erubescat fieri nutrix, quæ facta est mater *Cbrys. in Psalm. 50. Hom. 1.* nam ad hoc à Deo instructæ. Hinc recte Lucretius:

Dulci repletur peperit cum foemina lacte.

Wenn ein Weib geboren hat / so ist dem Kinde in ihren Brüsten schon Küchen und Keller bereitet. Hoc officium prima vice parturientes plerumque vilibus foemellis, imò meretricibus demandant. Sed ratio Physica dicitur, lac maternum ad corporis habitum & formandos mores plurimum conferre, vid. *Dn. Keyser Tractat. Jur. Politic. de Reipubl. constit. cap. 4. de conj. marit.*

TH. LXIX.

Hisce privilegiis etiam privatur vidua, in primis dote, si nimirum luxuriosè vivit. *Herr. à Rosenthal. concl. 27. num. 50.* cum hoc modo inurat maculam defuncto, & ipsius heredibus, seu quod injuriam quasi inferat ossibus mariti. *Cöler. decis. 176. num. 49. & seq. Magnif. Dn. Richter. p. 5. conf. 17. num. 14.* Dicuntur autem viduæ luxuriosè vivere, quando impudicè & libidinosè cum maribus consvescunt, seseque furtivo & meretricio amore iisdem supponunt. *Dn. Neuenhahn tr. de jur. vid. memb. 3. sect. 3. lit. a. p. 224.* Et præsertim ubi intra annum luctus stuprum patiuntur *Forst. lib. 7. de success. 16.* Vidua enim inhoneste vivens æquiparatur viduæ ad secunda vota transeunti *cap. uxoratus de conuer. conjug. ibique Interp. l. 7. Cod. de Revoc. donat. ibiq.*

ibiq; Gotbofr. lit. 6. Quod etiam extenditur, si vidua non quidem stuprari, sed luxuriosè contrectari hoc est in partibus illis, in quibus mulieres sunt mulieres, quasque natura in secretum detrusit locum, se palpari passa fuerit, *Dr. Neuenhahn d.l. cum & huiusmodi actus libidinosi, & stupro quam proximi, in ignominiam defuncti mariti ejusdemque familiae cedant, inprimis si in anno luctus hæc contingant, cum suspicio sit, eam vivo marito ad idem, consuevisse Nov. 39. cap. 2. in fin. pr. vers. sine liberorum 11. ff. de his qui not. infam.* Imò privatur vidua lucris nuptialibus, si libidinosè se osculari patitur *Bald. l. 5. cons. 20.* nimirum si constat de ejus vita impudica, & frequens ad ipsam fiat aditus; Hoc enim delectationis genus prurientibus & lascivientibus viduis proprium veluti ac innatum est, *fac. l. 2. vers. cum enim C. de indict. vid. toll. Nov. 39. cap. 2. in medio.* Unde osculum istud luxuriæ seu voluptatis libidinis incentivum vocat Pontifex *in cap. ne aliqua 4. caus. 27. q. 1.* Imò Italis quoque & Hispanis oscula adeò suspecta esse, ut ex eo arguant uxorem adulteram, ejusque causâ dote privandam esse censeant ex Johanne à Ripa tradit *Tbolos. Synt. Jur. univ. l. 8. cap. 8. num. 25.* ac osculo ejusmodi libidinoso adulterium præparari glossa *ad l. 13. Cod. ad L. Jul. de Adult.* docet, matronarumque castitatem illo prælibari non temerè crediderunt veteres, vid. *Ovid. 1. Amor.* Nos tamen ob oscula etiam luxuriosa, nisi aliæ circumstantiæ accedant, mulierem dote non esse privandam, arbitramur, tum quod deficiente lege privationis hanc pœnam inducere erubescamus, tum quod quamvis suavia ejusmodi & columbarum oscula *vid. Arist. l. 1. de Hist. anim. c. 1.* propinquum copulæ carnis actum constituent, adeoque præsumptionem adulterii inducant, tamen quia ad probandum, adul-

adulterium præsumptiones non sufficiunt, sed manifestæ probationes, aut conjecturæ non dubiæ *c. 12. extr. de Pras. Dn. Ungep. p. m. comment. in Decret. tit. de Adult. num. 5.* requiruntur, adulteram non efficiunt. Ex quo etiam sequitur, quod mulier exinde dotem quoque non amittat.

TH. LXX.

Jure quoque cautum est, ut qui interfecti gaudere, vult favoribus ac privilegiis, ejus quoque mortem vindicet, reosque quam poterit diligentissimè persequatur, *per l. cum fisc. 9. l. si sequens 15. pr. ad SCtum Silan.* Eò magis hoc obtinebit in conjugibus, cum arctiori ac firmiori hi præ aliis conglutinati sint vinculo ac necessitudine *l. ei qui 20. ff. de his qui ut indign.* Sed hæc vindicatio mortis Jure Saxonico solis maritis, non mulieribus incumbit *per text. lib. 1. Land R. art. 42. & 46.* Vidua insuper maritum defunctum injuriâ afficiens, parte suâ hereditariâ ex bonis mariti sibi debitâ privari potest. *Magnif. Dn. Richter part. 5. cons. 17. num. 2. & seq. ibi:* Daß ein solch Ehrenvergessens Weib und Witwe / die ihren gewesenen Ehegatten in der Gruben also böshafftiger weise so gröblich an seinen Ehrenstande und Nahmen antastet / schändet und schmähet / hierdurch dessen / was ihr aus seiner Verlassenschaft sonst gebühret hätte / sich gänzlich verlustig gemachet. De mortuis enim nil nisi bonum. Et defunctum injuriâ afficere illiberale quiddam (*ut ait Valer. Maxim. lib. 60. cap. 11.*) ac omni jure est prohibitum *l. 1. §. 4. ff. de injur. §. 1. vers. valde. Instit. Quib. ex caus. manum. l. 8. pr. ff. de relig. & sumt. fun.* Vidua denique aliam ingratitudinis causam adversus defunctum maritum committens, legatum, hereditatem & alia bona ab eo sibi relicta perdit *Magnif. Dn. Richter. d. l. num. 9. uxor enim*

enim omnem reverentiam debet exhibere marito, etiam
post mortem, *l. i. §. cum autem. C. de rei ux. act.*

Et tantum de nobilissimâ hâc materiâ. Plura nec
instituti ratio deposcit, nec ingenioli mei tenuitas suppe-
ditat. Quod si igitur in his nonnulla perperam,
sint omissa, aut non omnia satis accuratè
tradita, veniam à benevolo Le-
ctore spero.



Um fontes aperis, vasti &
ænigmata Juris
Desertæ viduæ, laus ti-
bi multa nitet.

Nam, MEIERE, Themis cinget tua
tempora lauru,
Atque tuis meritis commoda
digna feret.

Ita ominatur

PRÆSES.

In ieder will izzund daselbst himm-
bersteigen
Wo nur der schwache Zaun am meis-
sten niedrig ist /

S

Wie

Wie manche sind doch die / die rechten Rech=
te beugen
Und suchen ihren Kunst durch falschen Trug
und List.
Die meisten wollen izt die Witben unter=
drücken /
Und an dem armen Volk abfühlen ihren
Muth /
Noch andre können sich noch besser darein
schicken /
Wann sie gang an sich ziehn der Witben
Schweiß und Blut.
Er / mein werth-liebster Freund / weiß besser
diß zu machen /
Weil Er der Witben-Schutz / den sein bered=
ter Mund
Vertritt mit dieser Schrift derselben Recht
und Sachen /
Wie der gelehrten Welt schon albreit wor=
den kund.
Zweymahl hat Flora schon auf diesem Mund
gemahlet
Mit buntem Farben-Glanz / der schönsten
Blumen Pracht /
Seit daß dein kluger Geist mit Weißheit
schon gestrahlet

Als

Als dich der KRAUSILIS auf Themis Stuhl
gebracht.
Izt neulich hat dich auch Sophien Thron
umschränket /
Als du in Welscher Sprach hast hurtig di-
sputirt /
So daß Apollo selbst zu dir sich hat gelen-
ket /
Und alle Musen-Schaar mit sich hineinge-
führt.
Nun wiltu noch einmahl Asträen Siz be-
schreiben /
Und ein gelehrtes Werk derselben reichen
dar /
Ja vor der Witben Recht mit Mund und Fe-
der streiten /
Daß es der ganzen Welt wird kund und of-
fenbar.
Nun diß wird Zweifels-frey dir Ruhm und
Ehre bringen /
Dich wird bald nach sich ziehn dein liebstes
Vaterland.
Die Witben werden dir ein schönes Dank-
Lied singen /
Ja gar mit einem Ring bekreißlen deine
Hand.

H 2

Hier

Hier nun da fällt mir bey die neu=endstand=
ne Frage /

Der Du auch selber hast in deiner Schrift
gedacht / (a)

Darüber man bißher gehöret grosse Klage /
Weil bald von Witben / bald von Jungfern
was gemacht.

Wer keines hat versucht / kan keinen Aus=
spruch wissen

Doch deucht mich / lieber zög' ich neue Hosen
an / (b)

Als die vor längsten schon von andern sind
zerrissen.

Doch mag ein ieder noch thun was er will
und kan.

Wohlan / so zieh nun hin / du Herzblat meiner
Freunde /

Von dem ich nie verspürt hab' eingen fal=
schen Schein /

Du weist' es wie wir offt gelachet unsrer
Feinde /

Drum bleibe Pilades / ich will Drestes seyn.

Mit dies: m wolte seinem herz=vertrautesten Freunde
(a) Besiehe th. 68. und Stubengesellen auf Anlaß seiner gelcherten
(b) Besiehe Zieg: Disputation aufwarten / und zugleich dessen Ab=
lern in seinen Madr. zug in sein liebstes Waterland beglückwünschen

Joh. Wilh. Harprecht / d. R. B.
Ma=

Madrigal.

S tritt / mein Freund / nun
wider auf /
und will der Witben Rechte
zeigen!

Wir deucht bey solchem Lauf /
seh' ich die Daphne schon von selbst
sich neigen /

zu reichen Themis dar
von ihren immer grünen Zweigen
für ihn / mein wehrter Freund / den
Ehren - Krank.

Wenn hat Bootes doch sich halb ge=
drehet?

Wenn hat Alector doch so früh ge=
krähet?

Wenn ist Byracmon ihm zuvor ge=
kommen /

als ihm beliebet hat Astræen Glanz
und

und ihrer Weisheit heller Schein?
Wie kans denn endlich anders seyn?
So muß man sich durch Fleiß und
Wachen
zu Vaterlandes Diensten fertig
machen!

Seinem Teutschen Freunde schriebe
dieses wenige von freyen Stücken
und ungebeten/zu Bezeugung seiner
Lebenslang beständigen ungefärb-
ten Freundschaft

Joh. Theodor. Brügmacher/
Albertopolitanus, Philosoph. &
Medicinæ Studiosus.

*J*Us viduæ tractans, viduam ma-
trem colis, atque
Jura viris doctis te didicisse,
probas.

Gra-

*Gratulor hinc tanto tibi de virtu-
tis amore,
In patriâ tribuat præmia ma-
gna Themis.*

Hæc
in honorem Clarissimi Domini
Auctoris, conterranei sui ho-
noratissimi gratulab.
adponebat

Hermannus Becker/
LL. Studiosus.

DUm Themidos, Meier, secre-
ta volumina volvis,
Tractasq; juris dogmata,
Ferre manum viduis turbarum
mole gravatis
Quàm maximè desideras:
Doctè

Doctè namq̄ doces, quæ legum
sancta potestas
Viduis sit olim tradita.
Hinc TIBI laus surget, laudis
nam puncta mereris:
Applaudo votò & gratu-
lor.

*Hisce Nobilissimo juxta ac Doctissimo Dn.
Mejero, Fautori ac consobrino suo
summè observando accinere voluit*

Joh. Caspar Baumeister /
Medicinæ Studiosus.

FINIS.



99 A 6930

ULB Halle
002 822 520


3



sh

Vb 17







7.
K. N. D. N. J. C.
DISSERTATIO JURIDICA
DE

JURE VIDUARUM

Don

Wittwen Recht

Quam

AUXILIANTE DIVINAGRATIA,
CONSENSU ET AUTORITATE

MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS, IN
ILLUSTRIBUS ATHENIS SALANIS,
SUB PRÆSIDIO

MAGNIFICI, NOBILISSIMI, CONSULTISSIMI atq; EXCELLENTISSIMI

DN. ERNESTI FRIDERICI

SCHÖZER

HEREDITARII IN Wicferstädt / JCTI ET ANTECESSO-
RIS HUIUS SALANÆ FAMIGERATISSIMI, CONSILIARII SAXONI-
CI, CURIÆ PROVINCIALIS, FACULTATIS JURIDICÆ ET
SCABINATUS ASSESSORIS LONGE
GRAVISSIMI

DN. PATRONI, PRÆCEPTORIS ATQ; VE PROMO-
TORIS SUI NULLO NON

Honoris & observantiæ cultu sanctè devenerandi, colendi

publica censura & disquisitioni submittit

JOHAN. JOACHIM. Meier / HILDESIENSIS, AUCTOR

In Acroaterio Jctorum

ad diem April. Anni MDC LXXII.

JENÆ, Typis JOHANNIS NISII.